SYLVII LANCAEANI MONTICAELIANI

Medici Phyſici.

DE PVRGATIONE, SOMNO, Vſtione, & pleuritide.



ROMAE,

Ex Typographia Guillelmi Facciotti. MDCIX.

Superiorum Permiſſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Imprimatur ſi videbitur R. P. M. Sac. Pal. Apoſt.
Gaſer Fidelis Viceſg.

Ego Benedictus Apertinus Volaterranus Medicus excommiſſione Reuerendiſſimi P. Fr. Ludouici Yſtella Sacri Pal. Apoſtolici magiſtri, quatuor libellos de purgatione, ſomno, vſtione, & pleuritide D. Siluij Lanceani, nec in eis reperi aliquid contra fidem, aut bonos mores, & in eis ſunt multa quæ digna ſunt vt legantur à Medicis, in cuius fidem hæc ſcripſi propria manu hac die 6. Iannuarij. 1609.

Imprimatur.

Fr. Thomas Pallauicini magiſter, & ſocius Reuerendiſsimi P. Fr. Ludouici Yſtella Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri.

ILLVSTRIS.MO ET EXCELL.MO

DOMINO

D. FRANCISCO COLVMNAE

PRINCIPI PRAENESTINO OPTIMO

SYLVIVS LANCAEANVS Monticelianus. S.

REM clariſſimam variè hominum ſententiæ perdifficilem & obſcuram reddunt Illuſtriſſime & Excellentiſſime Princeps: ut neſciant, quo quo verſus progrediantur illius facultatis profeſſores, id euenit medicinæ in aliquibus quæ aperta & manifeſta ſunt: & tamen in dubio reuocantur: ut eſt in purgationibus in principio morborum, an fieri poſſint, res ab antiquorum & optimorum medicorum monumentis clariſſime de-

terminata & deciſa , & tamen aliqui videntur intellectu cecutire contrarium affirmantes, vt contigit duobus medicis, qui cum falſa ſentirent: in me oſtinate & cum flagitio loquebantur: & verbis plurimis potius quam veritate conabantur euincere, & tueri falſum , quamuis in eorum receſſu ambos mutaſſe ſententiam audiui. Hac occaſione ſumpta, ipſis pollicitus ſum, in hac materia aliqua ſcribere, vt ipſos huic errori eriperem, & cum id breuiſſimè effecerim (vt mihi mos eſt) & ea diuulgare decreuiſſem : Tibi cui me iam diu meaque omnia addixi, tuo Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo nomini dico , & addico , & tuo patrocinio elatus , do ventis vela : ſciens ampliſſimi nominis tuis reuerentia, omnium latratus ſedari, & comprimi . Vale.

IESVS MARIA.

QVOD in aliquorum morborum principijs purgare corpora poſſimus, & debeamus, non ſolum antiquorum monuméta præcipiunt, ratio probat, verum experientia confirmat: cui non eſt repugnãdum: cum alterum ſit medicinæ crus, & præſtãtius. Et tamen aliqui ſunt, qui, id fieri non poſſe, contendant. neſcio, an vt alijs videantur doctiores, an vt aliorum benè acta maligne & inuide damnent.

Proponitur ergo, an in morbornm aliquorum principijs, non turgentibus humoribus, poſſit medicamentum purgans exhiberi, nulla præuia alterantium, aut concoquentium exhibitione, neque viarum præparatione?

Pro ſolutione huius arduæ queſtionis primum eſt animaduertendum, medica-

mēta,quibus vtebatur antiquitas,eſſe calida & ſicca,acria, potentia, inflammantia, vt non ſolum febres exiſtētes augere, & exaſperare, & in malum morem conuertere, ſed vbi non adſunt, ipſas accendere facile poſſint,vt quarto aph.quinto Gal. aſſerit & de iſtis medicamētis intelligit Hipp.1.aph.22.Concocta medicari. 4.aph.1.& 2. acutxi optime ſe declarat, & alibi.vt libro de medica.purgant.& 4. de morbis ait. Quæcunq; medicamenta purgantia ſunt, aut ſuperne, aut inferne, aut etiam vtrūq; præſtāt,ea hac faciunt. Omnia valde arunt,& fortiora ex ipſis,ſi partem aliquam teneram corporis contingerint, eam exulcerant.

Gal. 4. acut. com. 7. timet purgantia medicamenta, quod & acria, & calida prorſus exiſtant.

Secundo adeſſe hodie in medicina medicamenta purgantia benigna, placida, ſuauia, frigida aliqua, aliqua vera nihil

aut

aut parum calida, quæ non agitant corpus,non exacuunt humores, non in flammant,non augent febres,neq; ipſas excitant, & alia mala non cauſant, vt illa vetuſta: quæ optima ratione obſolerunt.

Tertio materia turgés eſt illa,quæ non eſt fixa in aliqua corporis parte,ſed eſt in motu vehemẽtiore,latione,fluxu,& agitatione ob exuperantes humores à partibus ad partes in morborum principio; doloribus & titillationibus hominẽ infeſtans, ſaltem in partibus principalioribus,& ægrũ quieſcere non permittunt,vt ex Gal. habetur 1.aph.22.vbi hæc habet.

Verbum autem turgere translatum eſt ab animalibus concubitum appetentibus ad humores. Nam ſicut illa ſtare loco nõ poſſunt,quadam titillatione impulſa,eoq; affectu concitata: ſic & humores plerũq; in motu vehementiore, atq; transfluxu à partibus ad partes in morbi principio hominẽ infeſtant, & tanta latione ægrum

moleſtant. Tales igitur humores euacuare conuenit, hoc eſt, qui ſunt in motu, & latione, & fluxu.

Et 8. de cōp. pharm. per loca cap. 3. ait. Concocta enim medicanda recte cenſet Hipp. non cruda, neque in principijs, niſi ſua ſponte concitata id expetant, hoc eſt, niſi motus ad excretionem nos adducat, qui nondum firmam aliquam inclinationem ac ſtationem ad vnā partē habeat.

Lib. de his quos purgare oportet Concitari vero & turgere humores dicuntur, cùm motu vehementi agitātur, ac ab vno loco ad alium confluentes, inter principia morborum vexant, doloreſq; ac titillationes afferendo ægrū quieſcere non permittunt. Hos ergo humores euacuare conuenit, in motu, & agitatione & fluxu poſitos.

Quarto aph. 1. Cum igitur ſuperabundantes humores mouentur, & per totum corpus deferuntur, nō dum in aliqua parte firmati; tunc ad eos expellendos natura

tura incitatur, & aliquo indiget manum porrigente; & hunc humorum motum ad aluum deducente.

Et aph. 10. Quando igitur (de animalibus ad coitum excitatis loquens) vel in toto corpore ſimilis huic fuerit naturæ impetus ad excretionem ſuper fluitatum; vel ſi nō toto corpore, ſaltem in partibus principalioribus: tale quid conſueuit Hipp. per verbum turgere, ſignificare.

Quarto & vltimo nos in morbis duplici vti curatione ſolemus, regulari ſcilicet & coacta.

His præmiſſis, veriſſimis accedamus ad probandam noſtram, imò præſtantiſſimorum medicorum ſentētiam quod interdum in principijs morborum præſertim acutorum, tàm in febribus, quàm extra febres, materia non turgēte, poſſimus, & cogamur, purgare, non præmiſſis alterātibus, aut cōcoquētibus, neq; præparatis vijs; autoritate, ratione, & experiētia;

Et

Et primum vt ab Hipp. tanquam medicinæ parente exordiamur qui lib. 2. acut. tex. 11. ſi in pleuritide dolor deſcendit ſub ſeptum tranſuerſum purgat nigro veratro, aut peplio.

Et certum eſt, ipſum pleuritidis exemplo omnium acutorum morborum docere curationem. vt Gal. affirmat 1. eiuſdem voluminis libro tex. 18. 23. 33. 44. & lib. 3. text. 44. 62.

Atqui in pleuritide materia nō turget & decipiuntur, qui in pleuritide materiā turgere contendunt, querētes autoritatē effugere. ratio autē eſt, quia in pleuritide materia eſt fixa: & turgēs (vt in eius difinitione dictū eſt) mouetur de loco ad locū.

Et Gal. 8. de compoſ. medic per loca (vt diximus ſupra) de materia turgente loquens, dicit, Concocta enim medicanda recte cenſet Hipp. non cruda neque in principijs, niſi ſua ſponte concitata, id expetāt, hoc eſt, niſi motus ad excretionem

nos adducat, qui nondum firmam aliquam inclimationem ac ſtationem ad vnam partem habeat.

Non eſt ergo in pleuritide materia turgens, quia habet ſtationem, & inclinationem in pleuram membranam. Non video quomodo euadere poſſint hunc Gal. locum, qui contrarium ſentiunt.

Quod pleuritis ſit facta, patet ex Hip. verbis: quia adhibet fotus, & inquit, quod ſi ad calfactoria dolor non ſoluatur, non multo tempore calefacere oportet. Reſiccat enim hoc pulmonem, & ſuppurationem facit. Si periculum eſt, ne in pleura fiat ſuppuratio: ſignum clarum eſt, factam eſſe inflammationem.

Affirmat etiam hoc Gal. lib. 1. textu. 33. eiuſdem voluminis his verbis. Vigentis autem inflammationis notæ ſunt, dolor aſsiduus, & quod nullo pacto à calidis fomentis remittatur.

Præterea Hipp. mittit ſanguinem vſq;

quo

quo aut rubicundior, aut pro puro & rubicundiore liuidus fluat.

Et Gal. in commento ait: Coloris igitur mutatio ſãguinis ex particula inflammata trãslationem ſufficiẽter cõmoſtrat.

Si ex inflammata particula prouenit ille ſãguis mutatus, ergo facta eſt inflammatio. Quare fiat ſanguinis mutatio, relegant Gallenum, hoc eo loco docentem.

Si eſt partim facta, & partim fit, & ratione fluentis materiæ velint dicere, eſſe turgentem. Hoc etiam falſum eſt, per Gallenum quia humor ille habet inclinationem ad pleuram, ad iam factam inflammationem, & ita prorſus euacuata ſit reſponſio iſtorum.

Et 1. eiuſdem voluminis libro text. 19. idem confirmat Hipp. cum ait. Quicunque igitur pthiſana in hiſce morbis vtuntur, nulla die vaſa vacua fieri permittant, vt ita dicam, ſed vtantur, & nõ intermittant, ſi non aut ob medicamenti, aut infuſi

ſuſi per clyſterem vſum, intermittere oporteat.

Interdicit pthiſanam in morbis acutis, quando vel ſanguinis miſsione, vel purgatione vacuare expedit, vel etiã dolores ſedare. his non ante vel pthiſanam, vel cremorem dabis, quam quippiam eorum quæ dixi feceris, vt Gal. in commento dicit. Neq; de turgentia materiæ verbum facit Hipp. neque Gal. ergo in principio acutorũ morborum purgat Hipp. non turgente materia, vt ſupra probatum eſt.

Et textu. 33. idem affirmat Hipp. his verbis. Quin etiam ſi lateris dolor aſsiduus eſt, & ad calfactoria non remittit, & ſputum non prodit, ſed citra putrefactionem, ac concoctionem valde viſcoſum fit, ſi non ſoluerit quis dolorem, aut ventre mollito, aut vena ſecta, vtrum tandem horum conducet: pthiſanam autem, ita habentibus dederit, cita mors talium continget.

Et pro vẽtris mollitione purgationem intelligit Hipp. vt Gal. incommento declarat. Et ſunt hæc loca genuina & propria ipſius & de omnibus acutis intelligitur, vt ſupra probauimus:

Item 2. aph. 29. In principijs ſi quid videtur mouendũ, moue, quum vero conſiſtũt, ac vigent, melius eſt quietẽ habere.

Cum Hipp. aph. 22. & 24. primæ ſectionis & 14. decreuerit, quid, in materia turgente agendum ſit, & ſciret adeſſe aliquos morbos, in quibus à principio purgare expedit, quamuis materia non turgeat: poſuit hunc aphoriſmum 29. in ſecunda particula, & inquit: quod in morbis iſtis, ſiquid videtur mouẽdum: moue in principijs: quum vero conſiſtũt, ac vigent, melius eſt quieſcere.

Rationem reddit aph. 30. ſequenti, quoniam circa initia & fines omnia ſunt imbecilliora, circa vigores vero fortiora.

Et ſi de iſtis morbis, in quibus humores

res non turgent, aphoriſmus non eſt intelligendus, mancus erit Hipp. dicant amabo in quo aphoriſmo id doceat. Et ſi de materia turgente loquitur, erit ſuperfluus, cum alias id docuerit.

Ergo velint, nolint, de morbis, in quibus materia non turget, eſt intelligendus aphoriſmus: vt etiam Gal. innuit libro de optima ſecta ad Traſibulum cap. 40.

Propterea neque Gal. de materia turgente aphoriſmum interpraetatur, cum in commento nec verbum quidem de humorum turgentia dicat.

Primo epid. ægro ſexto. Cleonactiden fuit octogeſima die, morbo adhuc crudo perfecte iudicatus, ergo id licet medico immitari. Et ægro ſeptimo Meto, die quinta iudicatus eſt, materia cruda exiſtente, per ſanguinis fluxum, & ſudorem in cauſone, vt affirmat Gal. in commēto.

Neque verum eſt, quod per ſanguinis fluxum poſsit euacuari corpus, per purgatio-

gationem vero minime in principio, quia Gal. 1. de criſibus cap. 7. hæc habet.

Sanguinis autem profluuia ideſt hemorrhagiæ, & ſudores, & tumores, qui iuxta aures ſiunt, & reliqui decubitus, ſi in tempore quidem fiant oportuno, prodeſſe poſſunt, intempeſtiua autem nihil iuuant, quo fit, vt mihi videatur, hæc eadem innuere in libro de humoribus, vbi ſcribit. Decretoria in melius non ſtatim appareant.

Intelligit Gal. per tempus oportunum cocta materia, & per intempeſtiua materia cruda exiſtente: & non cum prauis ſynpthomatibus, vt aliqui dicunt, quemadmodum per ſequentia verba declarat Gal. vſque ad finem capitis, vbi de coctione ſemper loquitur.

Et melius & clarius ſuam intentionem explicat cap. 8. ſequenti, quoniam cum de principijs locutus eſſet, ſubdit.

Neque igitur ſudores, & vomitus, &

alui excrementa,neque tumores poſt aures,neq; profluuia ſanguinis, ſi hoc tempore(1.in principijs)appareant?vnquam per criſim ægritudines finierunt.

Et infra eodem capite.Etenim hoc,ſi abſque coctionis ſignis apparuerint, ſunt peſſimarum diſpoſitionum inditia, & per ſequentia idem.

Eandem ſententiam habet Aetius lib. 5.cap.47. inquiens. Talia futuri ſanguinis fluxus inditia ſunt,quæ ſi in principio crudo exiſtente morbo apparuerint, periculum minantur. Vanum enim eſt, vt ſua tueantur homines, aliter auctorum dicta interpretari, quam ipſi velint, & ſe ipſos declarent.

Tertio epid. com.2.ægro 5. Cherioni cauſo correpto, à principio mota eſt aluus: & profuit, vt Hipp. & Gal. videntur innuere, ergo id imitari poteſt medicus.

Eodem 3.Epid.com.3.ægro primo Pario turbata eſt aluus à principio neq; ob-

fuit, imo profuit.

Aegro duodecimo. Virgini in febre acuta, mota eſt aluus die tertia & profuit ægrotabat plectora, & iuuit, vt Hipp. & Gal. aiunt.

Sexto eiuſdem voluminis libro com. 1. text. 6. In rhenem dolor grauis, quieſcere non conducit, ſed exercitia, non impleri, iuuenes veratro purgare, poplitẽ, ſecare, purgat in dolore rhenum à principio, non exhibito alterante, aut concoquente.

Eodem libro com. 6. text. 5. In doloribus profsimum ventrem purgato, &c.

Libro de iudicationibus. Quibus dolores fiunt derepente, præcordium eleuatum eſt ſuperne, etſi circa ſpuriam coſtam graues dolores fiunt, his ſolutio fit venæ ſectio & purgatio deorſum.

Libro de cap. vulneribus. Quum vero in vulnere in capite, homine terebello perforato, aut non perforato, oſſe autem denudato, tumor rubicundus, ignis ſacri

ſpetiem

ſpetiem referens, acceſſerit in facie & in oculis vtriſque, aut altero: & ſiquis tumorem contingat, doleat, & febris corripiat, ac rigor, & vlcus ipſum tum quoad carnem attinet, tum quoad os, bene habeat ad aſpectum: & ambientes vlcus partes bene habeant excepto tumore, qui in facie exiſtit: & aliud peccatum nullum tumor habeat, quoad reliquam victus rationem attinet: huius infernam aluum deorſum purgare oportet medicamento, quod bilem ducit: & vbi ſic purgatus fuerit, & febris dimittit, & tumor ſedatur, & ſanus euadit.

Secundo de fracturis tetx. 27. In calcis oſſium diſpartione ait. Præſtat autem, & veratrum bibendum dare eadem die, aut poſtridie.

Tertio eiuſdem voluminis lib. tex. 48. Vbi vero reponis, veratrum molle bibendum dare oportet eadem die, ſi eadem die repoſita fuerint, de fæmoris, & bra-

chij oſſibus,extra eminentibus,loquens.

Quarto de articulis text. 31. Melius eſt,& pharmaco ſurſum purgante leui ali quo vti de pedis & manus dearticulatione cum vlcere loquens.

Libro de vlceribus. Depurgatio ventris deorſum pluribus vlceribus confert, & in vulneribus quæ ſunt in capite ,& in vẽtre,& in articulis, & in quibus corruptionis periculum eſt,& in his,quæ conſuta ſunt,& in exedentibus, ac ſerpentibus & alias inueteratis vlceribus.

Et infra in omni vlcere igne ſacro accedente , corporis purgationem facere oportet,in vtrã partem vlceri contulerit.

Sexto apho. 17. Lippientem alui profluuio corripi,bonum. Idem lib. de vlceribus lib.de coacis. Idem teſtatur Celſus lib. 2.cap. 8. id etiam licebit medico facere.

Neque meo iuditio ſoluitur argumentum,dicẽs quod vacuatur materia cocta, in

in vniuerſo corpore exiſtente,non autem quæ in oculis adeſt. Quoniam & ratione euacuationis ab eadē parte ideſt oculis, & ratione reuulſionis proderit, quamuis materia in parte exiſtente non ſit cocta, vt de pleuritide ſupra dictum eſt.

Et id docet Gal. 13. meth. 22. At morſum quidem tum purgantibus medicamentis, ſcilicet & deorſum reuellendo,& vacuando curare conuenit, & infra. At vero.

Et clariſſime 4. meth. 6. dicit, quod euacuatur à parte affecta, de vlceribus agens, de purgatione loquutus. Quin etiam, ſi ijs, quæ iam dixi, illud quoque adijcias, nempe quod ipſum, qui redundat, ſuccum vacuandum eſſe Hipp. ſuadet, alias ſanguinis detractionem ad hibebis,cum videlicet is vincit;alias pharmacum,quod ad bilem flauam,vel atram vel pituitam educendam vim habet, dabis.Illius interim in omnibus his non im-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

memor, non eſſe vlceris, qua vlcus eſt, vllam id genus curationem, ſed vel vitioſi, qui coniunctus eſt, ſucci, vel redundantiæ, vel phlegmones, vel herpetis.

Inquit illam purgationem eſſe curationẽ vitioſi ſucci, qui cõiũctus eſt vlceri.

Omnia hæc loca fere ſunt propria, & genuina Hipp. & adeo clara, vt aduerſarijs tergruerſari locus nõn detur.

Et 4. acut. text. 7. dat Hipp. Lac aſinæ coctum in principio cauſi (quamuis id vetet 5. aph. 64.) pro purgatione.

Timet inquit Gal. in commento purgantia medicamenta, quod & acria, & calida prorſus exiſtant, ob id ad lac aſinę diuertit.

Quare omnino Hipp. ſi habuiſſet noſtra medicamenta purgantia frigida, aut parum calida, ipſa exhibuiſſet in cauſi principio ex Gal. ſententia. Cur non poſſimus ea exhibere nos, eorum placita ſectantes?

Neque

Neque materia turget, vt ipſi aiunt: quia Hipp. exhibuiſſet fortia medicamenta vt ipſe præcipit faciendum multoties, & facit.

Neque Gal. hoc ſoluit argumentum, vt quidam aiunt, text. 38. imo locus aliter intelligitur; cum dicat Gal. Quidam aliter ſcribunt, & intelligunt ſecundum aphoriſmum In acutis morbis raro.

Eodem lib. text. 21. facit catalogum illorum morborum, qui primum egent ſanguinis miſſione, deinde ab ea purgari expoſtulant, vt Gal. ait, & omnes ſunt acuti morbi: & tamen in eorum principio, miſſo ſanguine, concedit purgationem, quamuis in libro proprio omiſſa ſanguinis miſsione purget, in pleuritide.

Et text. 37. In angina ſi dolor deſcenderit ad lumbos, purgat in principio: & Gal. remittit ſe ad ea, quæ dixit in legitima libri parte; quæ (vt ſupra probauimus) non intelligitur de materia tur-

gente, vt ipſi putant.

Et text.43. Quibus in principio vrinæ nebuloſæ, aut etiam craſſæ ſunt, tales depurgare oportet, ſi etiam alia cõtulerint. Idque Gal. affirmat, quamuis ego non capiam, materiam eſſe coctam, (vt ipſe ait) & morbum eſſe in principio, vt Hipp. aſſerit repugnant hæc inter ſe, materiam eſſe coctam, & morbum eſſe in principio, in Galenica dotrina.

Nec dicendum, quod non loquatur Hipp. de principio, vt eſt vnum de quatuor morborum temporibus; quia æquiuocaret in tam paucis verbis: quoniam ſubdit, quibus vero in principio vrinæ tenues, tales ne purgato; ergo de eodem principio in vtroque intelligit loco, & vtrunque medentibus paſſim contingit, videre in morborum principijs.

Et text.64. præcipit, quod quando febris eſt cũ illis prauis ſympthomatibus, quæ numerat, eſſe purgandum ab initio

ante

ante quintum diem, ſi in ventre ad fuerit murmur, & alui egeſtiones bilioſæ.

Id autem ſæpe contingit, vt in praxi videre eſt. Aduenit hoc etiam in ſanis, vt infra text. 110. & 4. aph. 20. Neq; humores turgent, quamuis variæ partes, doleant: cum neque Hipp. neq; Gal. de turgentia mentionem faciant.

Et text. 76. iterum purgat in pleuritide die quarta. Hipp. & Gal. in prima, ſecunda, quarta, & quinta dedit medicamentum: vt in eiuſdem textus commento affirmat, neque materia turget, vt ſupra probauimus.

Tertio de morbis in froben. pagina 219. de febre ardente loquens, hæc habet. Et primis quidem diebus deorſum purgato, & aquam bibendam dato.

Libro de affectionibus 247. Aeſtate porro hæc fiunt. Febris detinet fortis, & ſitis, & vomunt aliqui bilem, aliquibus vero etiam inferne ſecedit. Si vero febre

deti-

detinente, non purgentur, neque deorſum, neque ſurſum; dolor autem adfuerit per totum corpus: tertia aut quarta die pharmaco leni, aut potione, deorſum purgato, quid ſi habuiſſet noſtra medicamenta?

Secundo de morbis muliebr. pag. 372. Si vteri inflammati fuerint, menſes obtorquentur, & ceruix multis tenuibus venulis ad telarum araneæ ſimilitudinem variegatur. Et febris eſt acta, & mentem percellens, & menſes parui ac pauci ipſi comparent. Quum ſic habuerint, pharmacum infra purgans bibendum dato.

Multa alia loca ex libris ſpurijs Hipp. adducere poſſem: ſed quoniam per loca legitima & propria res clariſſima exiſtit, ideo, ea omittam.

Ex Galeno.

GAlenus etiam purgat pluribus in locis in principio morborum ſine

præuia

præuia aliqua præparatione, humorum & viarum.

Et 1. lib. de dynamidijs pag. 20. cum de catarticis loquitur, ait. Oportet igitur, aliquem purgare volentem, præextenuare, & incidere pingues humores, & poros adaperire, per quos accipiuntur, & extenuantur humores à catarticis, & crudos quidem & tenues humores à principio morborum euacuare oportet. Expectare autem oportet coctionem in craſſis & glutinoſis humoribus; ſicut eſt phlegma, & cholera nigra, & in omnibus prolixis paſſionibus ſemper maturationem expectare conuenit, purgat tenues humores & crudos à principio.

Libro præſagium confirmatum pag. 78. Si igitur angina fuerit, delige, purgationem, vel ſiquid fuerit pleuriticũ, & de principio intelligit, vt de ſanguinis miſſione ſupra immediate.

Libro de optima ſecta ad traſibulum cap.

cap. 40. purgat in principio, quia vires ſunt validiores quam in alijs temporibus, & ita inquit, bene dixit Hipp. 2.aph.29. In principijs ſi quid videtur monuendum moue.

Libro de conſtitu. artis cap. 19. Quæ verò præter naturam toto ſunt genere, vt venena ac ſpicula defigẽtium animalium virus, alterando, vacuandoque.

Infra, ſi pituitæ humor redundet, ſalſam purgare; acidam redditam alterare, opem naturæ ad eius concoctionem ferentes tentandum eſt: dulcis autem multo etiam facilius concoquitur, & ita Gal. ea, quæ non poſſunt reduci ad benignum, purgat à principio, vt etiam alibi.

Neque aliquid intereſt, ſi de coctione loquatur, qua humores in ſanguinem cõuertuntur. Satis eſt, quod purgat illos humores, qui coctionem non admittunt ſine preparatione aliqua.

Quoad materiam venenatam, nõ ſolũ medi-

medicamentis berzaarcticis ſed purgatio ne curandam, his verbis docet Gal. cum inquit. Alterando euacuandoq; Ergo de alterantibus & purgantibus loquitur. Gal. & non de alterantibus tantum; vt inquiunt aliqui.

Nono meth. 10. in fine. Ergo quod corruptum eſt, id alienum à natura eſt, quod tale eſt, id auferendum ſe dictat. Purgat ergo Gal. & ſi imbecillæ fuerint vires, parum & ſæpe purgat, vocant græci euiſmodi vitioſi ſucci purgationem: epicraſim, inquit Gal. Si vero vires validæ fuerint, vna vice quam primum purgandi ſunt, omnes humores.

Idem præcipit lib. 12. cap. 7. de coli dolore loquens inquit. Cum vero aptiſſimum ad huiuſmodi vitioſos humores eſſet medicamentum, quod ex aloe componitur, quodque iam pieram appellant: vtique hominem ſemel iuſte purgare non ſum auſus; quod doloribus & inedia duo-

bus

bus menſibus confectus eſſet.

Quarto deſanit. tuenda cap. 3. Quod igitur omnino alienum eſt, nulla fieri ratione poteſt, vt id naturæ ſuæ gratiam recipiat, ſed educere id, quamprimũ eſt tẽtandũ, æquæ certe, vt quæ in vẽtre corrupta ſunt prorſus, ea vel vomitione, uel deiectione expelli profecto, eſt optimũ.

Et capite 4. Quod ſi vitioſi tantum ſucci, hique citra ſanguinis copiam ſubſint, purgatio petenda eſt quæ, infeſtanti excremento ſit accommoda.

Vndecimo meth. 8. Tanquam igitur in ijs corporibus quæ non viuunt, ac putreſcunt, primum, quantum eorum iam cõputruit, ſeparant, dein ei, quod reliquum eſt, in frigidum aerem ſublato perſpirationem refrigerantem moliuntur: ita vtique & putredinem, quæ in viuis eſt orta ſanabimus id ſcilicet, quod iam corruptum eſt omni ratione vacuãtes: quod reliquum eſt, moderatis motibus, & refri-

frigerante perſpiratu ad exactam ſimetriam reducentes.

Decimo tertio meth. 22. curat opthalmiam purgatione, ſi adeſt in oculo morſus, vt euacuet, & reuellat; hoc autem in principio faciẽdum eſſe exiſtimo, vt cum aph. 17. ſextæ ſectionis conueniat, & non apponit neq; concoquentia, neq; alterãtia.

Et infra. At vero diſtentionem, quæ ex repletione prouenit partis, miſſione ſanguinis, & alui deiectione, & infernarum partium frictione curare conuenit. Iam ſupra diximus de reſponſione aduerſantium in apho. 17. ſextæ particule.

Decimoquarto meth. 3. in cura criſipelatis, de inflãmatione locutus, ait. Tanquam igitur in illa poſt totius corporis euacuationem, apocruſticis: ideſt repellentibus vocatis auxilijs vſi ſumus, ita nunc quoq; faciemus: Sed ꝓ ſãguinis miſſione, medicamento, quod bilẽ trahat, purgãtes ipsã vero afflictã particulã refrigerãtes.

Eodem

Eodem lib.cap. 8. In lingua valde tumefacta, eodem die, quo vocatus fuit pilulas ex aloe, ſcamoneo, & colocynthide veſpere purgauit.

Et cap. 17. ſine aliqua preparatione curauit Illuſtriſsimam Romanam herpete laborantem, cum ſcamonio in ſero clãculo eiecto: quia humores erant tenues, non curauit eos preparare, vt multoties idem in his humoribus precepit eſſe faciendum.

Secundo ad Glaue. 2. in cura eriſipelatis. Etenim & hoc per initia quidem infrigidandum eſt. Non tamen ex vena in talibus ſanguinem mittere neceſſe eſt, ſed ventrem tantumodo expurgare ſuffiçit, dandum autem medicamen, quod bilem flauam educat.

Paulo infra de herpetibus agens, inquit. Herpetas autem, quantum ad totius corporis euacuationem attinet; vt heriſipelata curare oportet.

Et

Et hoc à principio faciendum, ante frigidorum & aliorum localium adminiſtrationem, alioqui contra eius præcepta doceret agendum. Quoniam prius totum corpus euacuandum, poſtea ad localia tranſeundum.

Secundo de ſimplicibus medicam. 12. Quamobrem protinus euacuandi ſunt, qui ab ijs, quæ temperandi naturam habent, irritantur, atque aſperantur vtpote qui multa nec facile mobili corruptione ſint repleti; purgat in humoribus prauis à principio.

Libro de his quos purgare oportet ſcribit. Siquidem inter initia morbi tenues & aquoſos humores euacuabis: vbi craſsi & tenues. Neque (vt aliqui aiunt) de humoribus ſeroſis, qui nullam coctionem recipiunt, Gal. loquitur, vt in litera eſt videre: quamuis locutus fuerit de hepatis inflãmatione. Satis eſt Gal. in principijs morborum purgare ſeroſos, & te-

nues humores, materia non turgente; quod ipſi nullo modo concedere volunt.

Primo de compoſ. phar. per loca cap. 1. de alopecia agens, hæc habet. Quare in iſtis primum totius corporis purgationem adhibebis, aut pharmaco pituitam ducente exhibito, aut quod bilem pallidam, aut nigram trahit, coniectura redundantis humoris ex colore cutis facta.

Hic ſine pręparatione tã bilem, quam pituitam, quam melancoliam in principio purgat.

Eodem lib. cap. 8. de achoribus docẽs. Tenuis itaque humor vtpote mordax primum, quidem ad ſcalpendum ipſos impellit, progreſſu vero temporis ad ſcalpturam tum tumor augeſcit, tum forami na in ipſo erumpunt.

Manifeſtum igitur eſt, vacuare oportete humores affectionem ipſam operantes: qui ſi etiam influant, amplius prohibendus primum eſt ipſorum influxus, per

capitis

capitis euacuationem, atque totius corporis purgationem: veluti in alopecijs eſt proditum.

Secundo eiuſdem voluminis lib. cap. 1. agens de capitis dolore, ait. Peſsima autem fit affectio, vbi vitioſi humores in ventris tunicis ineluebiliter ſunt imbibiti. Quorum optimum remedium eſt ex aloe pharmacum, quod aliqui pieram, hoc eſt amarum, aliqui hieram id eſt ſacrum ex aloe appellant.

Eodem capite agens de his, qui ex bilioſo humore caput dolent. Euacuãdus item bilioſus humor per abſyntij cremorem, ac per aloenum & per ipſam pieram antidotum per ſe datam, aut modica addita ſcamonia, vel per catapotia ex aloe confecta.

Infra de dolore capitis per conſenſum. Si vero qualitas magis inualuerit, purgatiuo pharmaco vtemur.

Dicent, quod ſunt in vſu: quid inde?

Satis eſt, ipſum ſine pręparatione eos edu-
cere in principio.

Libro decimo eiuſdem voluminis cap. 2. de iſchiade agens. Porro principium curationis ſit tibi euacuatio humoris affligere reperti. Et cap. 3. idem.

Tertio Epid. com. 3. text. 76. in Caluo. Quod ſi nulla talis doloris videatur cauſa eſſe, proximum eſt conſiderare, quæ pręceſſit ratio victus ecquid ignauior pręter inſtitutum ſit, aut cibo ſit homo plenioſe vſus magni nutrimenti, aut ſolitæ excretiones illis ſubſtiterint. Nam ſiquid tale ſit, aut ſi omnino plenitudo cauſa doloris antegreſſa videtur, quamprimum hominem vacuato.

Quinto meth. 12. de peſtilentia loquens. Propterea mihi ſanati eſſe videtur facile, quod præexiccatum ijs præpurgatumq; totum corpus fuerit; quippe cum & vomuerint ex hijs nonnulli, & omnibus venter profluxerit.

Et

Et primo de differen. febri.4. de aeris ſtatu peſtilenti tractans idem confirmat. Quod cum preuidiſſemus (ait) ſtatim ab initio quæcunque corpora humida videbamus,omni via exicare conabamur,quæ vero ſicciora, in his antiquum habitum conſeruabamus: at in quibus ſuperfluitates redundabant, hæc purgationibus ſanabamus.

Qui duos hos locos effugere querunt, inquiunt Galenum de præſeruatiua purgatione loqui,aliquibus à natura, aliquibus vero ab arte facta, non autem de curatione morbi iam facti.

Quoad primum ex Gal. verbis clare percipitur,eſſe morbi curationem exiſtentis,inquit enim,propterea mihi ſanati eſſe videntur facile,quia & vomuerunt aliqui & omnibus venter fluxerit. Hæc verba morbi iam facti curationem teſtantur, non autem imminentis præcautionem.

Quoad ſecundum, legant Gal. verba

paucis ſupra lineis, vbi habet. Vidi ego aliquando in tali temporis ſtatu, qualem ait Hipp. in Cranone fuiſſe, non paucos carbunculos graſſari per populum, quorum erat generatio eadem, omniaq; alia, quemadmodum ſcribit Hipp. exquiſite ſimilia, & quidem quæcunq; in tertio libro epidemiorum de peſtilenti aeris ſtatu ab Hipp. referuntur, in altero eidem ſimili pari modo euenerunt.

Hæc verba ſunt de morbo facto, & exiſtente, quia vidit ipſe, inquit; omnia ſimilia his, quæ Hipp. ſcripſit.

Præterea ſi veram vim verborum inſpicimus, ſanabamus, ait, non, præcauebamus.

Et dato (non autem conceſſo, quia falſum eſt) quod Gal. de præcautione intelligat, ſi per eos, imminente morbo, purgare poſſumus; quare morbo iam facto, & exiſtente, non licet, cum magis vrgeat neceſsitas?

Septi-

Septimo meth. 11. exhibet pierã his, qui vitioſum ſuccum impactum habent in tunicis ventriculi, non facta aliqua pręuia diſpoſitione.

Et minime valet dicere Galenum non loqui de tempore purgandi, ſed numerare medicamenta, quæ illos humores purgãt: quoniam idem vult Gal. quod & precipit 2. de compoſ. medicamenta per loca, de capitis dolore ex ſtomaco agens, cum inquit. Quæ igitur horum erit cura? vt videlicet affligentes in ventre humores quam celerrime euacuemus, ergo ſine aliqua mora vacuandum.

Quod vero ita ſit, eodem capite infra explicare videtur Gal. his verbis. Verum quibus lenta pituita ventriculo eſt infixa, ijs prius exhibenda ſunt quacunq; hanc diſſecent, poſt deinde purgandum. Si vero nec lentus humor ſit, nec craſſus, vtic; abunde ſit, à pthiſane ſolius cremore vomuiſſe. Si nec lentus, nec craſſus humor

 ſit,

ſit, euacuat quamprimum ſine inciden-tium exhibitione.

Quarto acut.30. in angina à principio purgat. Corpus igitur totum vena ſecta vacuare oportet, & purgatione, hæc ex Hipp.mente Gal.profert.

Eodem 4. acut.76. dedit in pleuritide purgationem prima, ſecunda, quarta, & quinta die, id clare dicit Gal.& in pleuritide adeſt febris acuta vt plurimum.

Quinto meth.14.purgat in vlcere pul monis à principio, illis, verbis: Cauetur id triplici præſidio, purgatione primum, & purgat pilulis, quæ ex aloe, ſcamonia, colocynthide, agarico, bdelio, & gummi arabico conficiuntur.

Tertio progno.com.23. Sæpe enim dictum iam eſt, vt humores corporis calidiores, tenuioreſque paratiſſimi ſint ad excretionem, & alibi.

Si ſunt paratiſſimi, ergo ſtatim purgandi à principio: & preſertim in cauſo, &

alijs

alijs febribus, in quibus tales humores peccant.

Sexto epid.com.2.text.30. de puſtulis agens. Sed forſan me dicere putabis. Purgat in materia multa.

Primo aph.23. In maximis etiam inflammationibus & vehementiſſimis doloribus nullũ maius noui remedium, quam vſque ad animi defectionem euacuare, adhibita diſtintione, an mittere ſanguinem, an purgare oporteat.

Ergo in magnis doloribus purgãdum, ſine temporis aliqua dilatione, facta illa diſtintione, quia deijciuntur vires, & non aderit poſtea occaſio exhibendi purgationem. Neglecta namq; ea, quæ circa temporis occaſionẽ adminiſtrare aportebat, impetu ſuo progreſſa, occupant, ac perimunt, non enim eſt, quod opem ferat.

Libro de curandi ratione per ſang. miſs.4. loquens de plenitudine, & dolore vnicus partis, inquit. Non tamen vena

ſecta prorſus eſt opus, ſed ſufficit purgatio, frictio.

Sexto de compoſ. medic. per loca primo. Etenim venæ ſectione vtimur, & purgatione, chliſteribus, & inedia, vbi totum corpus apparuerit, aut multitudine humorum refertum, aut eorundem malitia vitiatum. Vt de ſanguinis miſſione intelligit in principio, ita & de purgatione.

Secundo aph. 29. Circa initia vero illorũ morborũ in quibus ſperatur ægrum conualiturum, tentandum eſt, maiora afferre remedia, de quibus Hipp. dicit, ſi quid videtur mouendum moue: ſunt autem hæc maxime venæ ſectio, & purgatio, quorum neutrum oportet, morbo iam conſiſtente adhibere.

Purgat in principio, quia ſubdit. Vbi igitur hæc citius eueniant, melius eſt, in principijs euacuare, quo minorem iam factam materiam, facilius natura poſſit concoquere.

Secun-

Secundo acut. 11. concedit purgationem in pleuritide, quando febris eſt pauca, & natura ægri cognita, illis verbis. Cum igitur febris vehemens non fuerit; naturamq; laborantis expertus fueris, ad medicamenti purgantis potum te conferes, ijs, quæ ab Hipp. dicta ſunt, vel etiam alijs ſimilis naturæ vſus. Si vero Gal. videtur negare purgationem, eſt ratione qualitatum medicamẽtorum antiquorum at ſi noſtra habuiſſet medicamenta, vtiq; ſine aliqua repugnantia exhibuiſſet, vt ac curate legẽti ex eius verbis clariſſimũ eſt.

Quarto meth. 6. Sed ſicut miſsio ſanguinis, vel propter ipſius abundantiam, vel propter morbi magnitudinem, ita purgatio, & propter abundantiam alterius cuiuſquam ſucci, & propter vim morbi adhibetur.

Et infra. Cum triplici genere morbus quiſq; ſit grauis, aut propter præcellentiam partis, aut propter affectus magnitudi-

tudinem, aut propter ipſius cacœthian. Omnium harum meminit Hipp. vbi de purgatione egit.

Et infra eodem capite. Quin etiam, ſi ijs, quæ iam dixi, illud quoque adijcias, nempe quod ipſum, qui redūdat ſuccum, vacuandum Hipp. ſuadet, alias, ſanguinis detractionem adhibebis, cum videlicet is vincit, alias pharmacum, quod ad bilem flauam, vel atram, vel pituitam educendam, vim habeat, dabis.

Ex Alexandro Tralliano.

ALexander Trallianus lib. 8. cap. 5. de alui profluuio ex Philumeno loquens. Aluus tum in febribus, tum citra febres profluuio laborat. In febribus autem difficilior eius eſt curatio, animaduerſionemq; & coniecturam diligentem requirit. Nam inter initia naturæ aliena ſalubriter euacuare conſueuit, ipſa nimirum natura ad ſuperfluos, incommodeſ-

que humores reijciendos vndequaque cogente.

Et paulo infra. Quare initio ea, quæ corporis commodo atque vtiliter excernuntur, minime reprimere conuenit. Imitando ergo naturam poſſumus à principio purgare.

In podagra etiam à principio purgat. Si igitur (dicit) id quod offendit, pituita eſſe tibi videatur, hanc ante omnia medicamentis in id efficacibus euacuare neceſſe eſt. Non facta mentione aliqua de preparantibus, ſed vna cum his quæ purgant, miſcet extenuãtia, vt in eorum compoſitione infra docet.

Si in pituitoſa materia purgat à principio, eo magis purgabit in tenuibus & bilioſis humoribus.

De curatione febrium continentium agens, purgat in principio. Continentes febres (inquit) ſolerti diligentia curari debent, ſubitoq; id faciendum, quod inter-

notio

notio dictauerit, ſiue ſanguinis miſſionem, ſiue purgationem requirat. Maximum enim incommodum eſt, cum in omnibus morbis, tum vero in continentibus dilatio. Nam febres vehementiores redduntur, dum putredo augeſcit, & vires imbecilliores fiunt, vt quæ febrium magnitudinem non amplius ferre poſſint; neq; præterea magnorum præſidiorũ aliquod ad curationem admittere queant.

Ex Aetio.

AEtius lib. 3. cap. 23. ex Antillo de purgatione loquens, hæc ait ſubtiles enim ſeroſique humores in morbi ſtatim principio educendi ſunt.

Libro 9. cap. 35. ex Philumeno. Aluus tum in febribus tum citra febres Infra, Quare in principio ea, quæ in corporis commoditatem vtiliter excernuntur, minime inhibere oportet. Idem dicit, quod Trallianus.

Libro 12. cap. 1. ex Archigene de iſchiade loquens, Initium igitur curationis fiat, ab affligentis humoris euacuatione; & ſiquidem humoribus ex æquo redundarit corpus, præ omnibus venæ ſectio adſcimatur, deinde etiã purgatio.

Eodem lib cap. 22. de podagricis loquens. Euacuatio itaq; fiet, aut per venæ ſectionem, aut purgationem, & cap. 28. ait. Fiant autem euacuationes tum per vomitum, tum per ventrem.

Eodem cap. Infra purgare igitur eos oportet, confidenter, & ſecundaria vice, ſi res ita poſtularit: confertim enim in euacuationibus ſubſiſtunt, & ſedantur.

Eodem lib.cap. 33. de cura podagre, quæ à pituita fit. Horum item curationem à pituita euacuatione principium ſumere oportet.

Laudat purgationem materiæ per infernam aluum, & ſubdit. Quare in podagra innatũ ex pituitoſo humore fluxũ, &

Hiſce igitur in locis à principio purgat,non facta aliqua mentione præparantium,& clare patet ex eius verbis:purgationem fieri debere in principio, vt etiam lib.6.cap.55.68.80.lib.7.cap.46. & lib. 8.cap.47.

Ex Oribaſio.

ORibaſius lib.6.collectorum medicinalium cap. 23. ex Galeno. Nam inter initia tenues & ſeroſos humores euacuabis.

Libro 8.cap.46. ex Archigene. In febribus bonorum morum, hoc eſt, in quibus vires corporis ſubſunt, ſed tempus breue eſt, detractio confeſtim facienda eſt, vt morbi continuitas intercidatur. Si vero humor ſit abundantior, tunc materia vtiliter purgatione diminuitur, ſi quæ purges, non ſtatim ſcamonia, aut aliquo violẽto medicamẽto,ſed placito id facies.

Ex his patet noſtra medicamenta pla-

cida in principio febrium & aliorum mor borum ſummopere conuenire.

Ex aliquibus horum auctoritatum certum eſt, nos debere purgare in principio, & ex aliquibus ſine preparatione, & ex aliquibus vtrunque efficere.

Relinquo Arabes, & omnes alios tam modernos quam antiquos: cum ex his res ſatis clara videatur, & in medicina clariores exiſtant.

Rationes.

1 SI licet per aduerſarios purgare in auguméto & ſtatu, vt inquiūt: conueniet multo magis, id in principio facere; quoniam in auguméto & ſtatu natura magis incūbit coctioni, & caſus omnes, acceſſiones videlicet febrium, vigilię, dolores, faſtidium, ſitis, & alia ſunt vehementiora quam in principio, vt patet per 30. apho. ſecundæ particidæ. Circa initia & fines. Quo aphoriſmo propriè probat

Hipp.

Hipp. melius eſſe in principio purgare, quam in ſtatu & augumento.

Vetant iſti doctiſſimi viri purgationem in principio, ne impediatur coctio: neq; cernunt, in augumento & ſtatu, eos, eas magis impedire, & agere cõtra Hip. aphoriſmum; & contra Galenum 2. aph. 29. qui omnino vetat purgationem in ſtatu, & conſulit, eam in principio faciendam: vt iam minorem factam materiam facilius natura poſſit concoquere.

Neque poteſt aph. 29. de materia turgente intelligi, cum neq; Hipp. neq; Gal. de ea verbum vllum faciant, & ſuperfluus eſſet Hipp. cum alias id docuerit, vt ſupra dictum eſt.

2 Medicum debere eſſe imitatorem non ſolum naturæ, ſed etiam eorum, quæ cum ſua ſponte veniunt, conferunt clarum eſt 4. meth. 6. Sed non raro in principio morborum, præſertim acutorum mouetur aluus; & iuuat, ergo & medico

hoc facere in principio licet. Quod autem id contingat, vnicuiq; medico medicina vtenti apud ægros patet, vltra quód per ſupradictorum medicorum placita, clariſſimum ſit.

3 Natura ſtimulata & impulſa, artis peritis, quæ facienda ſunt, demonſtrat, vt Hipp. habet libro de arte, at natura ſæpe in principio cum vtilitate aluum mouet: ergo & medicus à natura doctus, id facere debet. Ad hunc etiam ſenſum poſſunt trahi Hipp. verba.

Quod natura moueat in principio cum vtilitate, ex ſupra dictis multis locis patet, & quotidie experimur. Et in febribus, in ileo, & alijs morbis.

4 In lippientibus alui fluxus iuuat in principio, vt 6. aph. 17. Hipp. & Gal. 13. meth. 22. teſtantur, ergo & medico licet in principio purgare.

Nec bene dicunt, quód trahitur humor coctus, qui eſt in reliquo corpore,

quam-

quamuis in oculo humor ſit crudus: quoniam illi humores perſiſtunt in corpore, qui confluxerunt ad oculum, & confluunt ſi adhuc fluunt, eodem nanq; modo ſe habent quoad cruditatem & coctionem.

Præterea trahuntur humores à parte affecta, vt ſupra per Galenũ probatũ eſt.

5 Humores tenues & calidiores ſunt paratiſſimi ad excretionem, & tales ſunt vt plurimum in febribus acutis: ergo poſſunt purgari in principio. Quod ſint paratiſſimi tales humores ad expulſionem, teſtatur Gal. 3. prognoſt. com. 23. cum ait ſæpe enim dictum eſt vt humores corporis calidiores tenuioreſque paratiſſimi ſint ad excretionem, & alibi.

6 Si poteſt medicus in omnibus febribus putridis mittere ſanguinem, vt Gal. 11. meth. 15. ergo in his omnibus fere poteſt purgare medicus in principio, quoniam vt plurimum ſunt crudi humores in ventriculo, & excreméta in primis venis.

Non enim licet mittere ſanguinem, niſi prius remoueantur, quia trahentur intra, & obſtruet hepar & alia loca. Ergo prius purgandum non enim cliſteres pertingunt illas partes, cum non pertraſcant craſſa inteſtina, vt plurimum.

7 Præterea in febribus putridis vt plurimum cogimur vti medicamẽtis incidẽtibus, aperiẽtibus, & extenuātibus, quæ ſi inueniant crudos humores & excrementa, in primis vijs, trahent ſecum huiuſmodi humores in corpus, & maius damnum quàm iuuamentum acquiremus, vt Gal. 4. de ſanit. tuenda à principio ait quare purgandum prius.

8 Item detur caſus, quod debeat mitti ſanguis, & æger non admittat ſanguinis miſſionem ob vrgẽtem cauſam: tunc purgandum eſt, vt Gal. ſæpe conſulit, lib. de curandi ratione per ſang. miſsio. cap. 4. 5. de ſanit. tuen. 12. 4. eiuſdẽ cap. 4. & alibi. Idem & in pueris vſq; ad 14. annum:

quibus

quibus non poteſt mitti ſanguis ex ſententia Gal. & in principio facienda eſt ſanguinis miſsio, ergo in principio eius vicariæ purgatio fieri debet.

9 Si in omni febre putrida mittendus eſt ſanguinis à principio, ergo multo magis, & potius purgandum; quoniam vt plurimum acutæ febres, & acuti morbi fiunt ab humoribus calidis, bilioſis, & tenuibus, & ſanguinis miſsione parum humorum peccantium educitur. At ſi exhibuerimus pharmacum purgans, illum humorem trahentem certum eſt quod magis iuuabimus, vt ex Gale. 2. acut. 11. habetur: quia maiorē copiam humoris peccantis euacuabimus, & minus virium reſoluebimus: præſertim ſi placida, frigida, aut parum calida exhibebimus.

10 Vltra ſi per ipſos non eſt purgandum in principio, quia non debemus mouere, natura enim vt cōcoquat, eget quiete. Ergo neq; eſt ſanguis mittendus, quia

mouentur humores, & infeſtatur naturæ quies; Gal. enim pari paſſu in ſtatu vetat ſanguinis miſsionem, & purgationem 2. aph.29. vtrunque mouet, & naturæ quietem impedit, ergo vtrunque fieri poteſt, aut neutrum.

11 Item ſi in principio crudo morbo licet mittere ſanguinem, fas erit etiam, purgare, non eſt maior ratio vniusquam alterius: prohibetur purgatio, per aduerſatios, quia materia eſt cruda, prohibetur etiam ſanguinis miſsio, quia materia eſt cruda; quoniam ſi natura mouet per ſanguinis effluuium, materia exiſtente cruda, non ſolum non prodeſt, ſed obeſt, ex Gal. ſententia primo de criſibus 7. & 8. cap. ex Aetio lib. 5. 47. ſupra allegato: ergo & ſanguinis miſsio oberit: quia debemus imitari naturam recte operantem; ſed non obeſt, ſed prodeſt ſanguinis miſſio, & ab omnibus admittitur: ergo admittenda eſt etiam purgatio, & proderit.

Præte-

12 Præterea ſi quis in latitudine ſanitatis conſtitutus, repletus ſit prauis humoribus calidis,incidit in febrem: quare non poſſumus eum purgare à principio,ſi cum ſanus viueret,purgationẽ ei præbere poteramus? Neque valet dicere,quia incidit in febrem, ideo non eſt purgandus: neſcio qua ratione id commẽtentur, cum magis egeat nunc purgatione, quã prius.

13 Item quantitas vltra modum aucta, eadem mala poteſt inducere,quod materia turgens & amplius: ergo ſi in hac ante coctionem à principio euacuãdum eſt, & in illa itidem euacuandum:aſſumptum patet,quia materia turgens,vt 4.aph.10. Gal.ait,poteſt diſſoluere robur,febris caliditatem augere, & decubitũ in aliquod membrum principale humorum cauſare. Eadem efficere poteſt materiæ multitudo,diſſoluere robur,febris calorem augere,decubitum in aliquod membrum principale efficere, & vltra caloris naturalis

ſubi-

ſubitam ſuffocationem & mortem inferre obſtructione maxima.

14 Vltra ſi humores turgentes euacuari debent, quia de loco ad locum mouentur, ac transfluunt, & timetur, ne occupẽt aliquam partem principem: quanto magis illi erunt euacuandi pharmaco aliqua ex parte, qui adeo aucti ſunt, vt fere, omnia loca ſine aliquo motu detineant, & ocupent?

15 Item dicunt, in principio non eſſe purgandum, quia materia peccans non trahitur à pharmaco, neq; à natura expellitur, quia eſt cruda, & non dominatur à natura. Et nos dicimus, quod materia turgens eſt cruda, non regitur à natura, & tamen in principio eſt euacuanda purgatione: & natura ipſam expellit, pharmaco trahente, quomodo poteſt ipſam expellere, ſi ei non dominatur?

Si dicant, euacuatur, quia eſt in motu. Nos dicimus, illam eſſe in motu, quia

grauat

grauat naturam: Et materia multa grauat naturam, & ſtimulat ipſam, & in acutis morbis materia vt plurimum eſt tenuis apta expulſioni: quare medicamento dato trahente, & natura ab ipſo & ab humoribus ſtimulata expellente, in partē duci non poteſt illa materia? Ergo non eſt dicendum, materiam crudam non detrahi à medicamento purgante, vt ipſi inquiunt. Nam materia turgens, & multa, & venenata, & praua, locus, & dolor pari paſſu vrgent ergo in omnibus eadem ratione purgandum.

16 Concedunt iſti etiam, humores, qui omnem naturæ gratiam amiſerunt, poſſe euacuari à principio: & tales humores nō ſunt euicti, neq; reguntur à natura quomodo ipſi purgabuntur, doceant. Et à pari dicam ego de omni materia in principio euacuanda vniuſcuiuſque morbi.

Si illi humores, qui omnē naturæ gratiam amiſerunt, non ſunt cocti, nō euicti,

non

non dominati à natura, & poſſunt à principio expurgari,à pharmaco trahente, & natura expellente,Ergo & omnes humores eodem pacto purgabuntur in morbi principio, dummodo tenacitas, & craſsities non obſtent, &ita non adeo conflictabitur æger, vt ipſi putant.

17 Præterea in omni cauſo poſſumus & debemus nos purgare à principio,tam ſi fiat à bile,quam ſi fiat à pituita(ab vtroque enim ipſorum fieri ſolet)tum ratione magnitudinis,quia magna eſt febris,tum ratione bilis, quoniam eſt parata expulſioni, vt Gal. 3.progno.23.lib. de dynamidijs pag.20.& alibi docet,tum ratione pituitæ ſalſæ,vt Gal.placet lib.de conſtitutione artis 19.non ſemel ſed bis. Ergo velint, nolint, hoc fateri coacti ſunt: & non in cauſo ſolum, ſed in omnibus morbis, qui a talibus humoribus fiant:ſi cum Gal.ſtare volunt.

18 Item omnes humores, qui poſſunt

breui

breui eſſe cauſa mortis; ſunt ſtatim in morbi principio euacuandi, non expectata coctione: Sed materia multa, prauæ qualitatis humores, dolor ſummus, & locus, poſſunt eſſe breui cauſa mortis: ergo purgandum in his à principio, quod iſta poſſint eſſe breui cauſa mortis, iam ſuperius probatum eſt multoties.

Hæ ſunt autoritates rationes, & exprimenta, quæ probant omnino in iſtis quatuor caſibus à principio eſſe purgandnm ſine aliqua pręparatione antiquorum medicamẽtis, & eo magis modernis: de quorum facultatibus dictum eſt ſupra, à quorum aſſumptione ego, qui 47. annis cum ægris verſor medendo, nunquam vidi aliquem læſum, pręter peripneumonicos, in quibus poſt viſa, alia via incedo ſed hoc vnde proueniat ex Hipp. facile colligitur ex quibuſdam locis eius.

Poſtremo dicerem, non ſolũ in caſibus prędictis, verum etiam in omnibus febri-

bus putridis, & in omnibus fere morbis materialibus, nos debere purgare à principio modernis medicamentis: quia vt plurimum corpora ſunt valde repleta: & egent euacuatione, potius pharmacia, quam ſanguinis miſſione.

Reſponſiones ad rationes aduerſantium.

1 Reliquum eſt modo, vt autoritatibus & rationibus, quibus doctiſſimi viri moti, contrarium ſentiunt, reſpondeamus, quod ſcilicet non poſſit in principio morborum exhiberi purgatio, niſi turgentibus humoribus, aut præparatis, & coctis.

Et primum conantur tueri ſuam opinionem per aph. 22. primæ ſectionis. Concocta medicari, atque mouere. Vbi Hipp. & Gal. videntur velle, nanquam eſſe purgandũ, in principio, niſi materia turgeat.

Ad quæ dicimus vt Gal. ait, quod in quibuſdam exemplaribus non legitur iſte aphoriſmus. Et apud Oribaſium non inuenitur. Quare eorum ratio dubio nititur fundamento, & ita facile ruet.

Dici etiam poteſt, & bene, quod cura regulari verum eſt, quod ipſi dicunt, vt etiam in materia turgente non licet; ſed cura coacta, debemus nos tam in materia turgente, quam in illis alijs quatuor caſibus purgare.

Præterea Gal. 4. de ſanit. ſcilicet interpretatur aphoriſmum de materia cruda, craſſa, & frigida in primis venis exiſtente, non autem de tenuibus & calidis humoribus in omne corpus exiſtentibus.

Vltra dicunt aliqui, quod licet Hipp. in initio quando materia turget, purgationem pręcipiat, pręcipit, tanquam pręcipue exhibenda ſit: non tamen negat, in aliorum morborum initijs purgationem, in quibus medico videtur purgandum,

quam-

quamuis materia non turgeat, vt perbelle concedit 2. apho. 29. vt ſupra enarratum eſt.

2 Quarto acut.22.Quicunque vero ea, quæ inflammata ſunt, ſtatim in principio morborũ medicamento ſoluere agrediuntur:hi de intento quidem,& inflammato.

Auctor hic nihil aliud vult illis verbis pręcipere,quam hoc,ſcilicet ſi in morbis, qui requirũt ſanguinis miſsionem & purgationem,prius purgentur quam ſanguis mittatur: ſequentur illa mala, quæ ipſe enarrat, quare prius ſanguis mittendus, poſtea purgandum,hoc ex eius verbis ante dictis facile patet attente legenti, igitur locus iſte nihil pro ipſis facit.

Dicam vero adeſſe contradictionem maximam inter iſta verba,& ea,quæ pręcipit Hipp.lib.2.text.11.in dolore deſcẽdente in pleuritide pręcipit enim ibi purgationem,prętermiſſa ſanguinis miſsione purgat à principio, hic autem pręcipit, prius

prius ſanguinem mittendum eſſe, poſtea purgandum.

Præterea auctor hic vult, quod purgatio, nihil trahat, aut minuat à parte inflãmata, at ſupra probauimus nos per Gal. 4. meth. 6. pharmacum purgans euacuare à parte inflammata. Adſunt igitur hic duæ contradictiones ſoluant alij.

3 Libro de medicamentis purgantibus Hippo. inquit, quod illi, qui validis, ac magnis febribus corripiuntur, purgandi non ſunt.

Reſpondetur facile, quia adeo valida & magna poteſt eſſe febris, vt exhibita antiqua medicamenta, quæ calefaciunt multum, febres augent, humores exacuũt conflictantq; ægrotantes, docente Gal. 4. acut. 7. & alibi: vt ea mala, quæ Hipp. ſubdit, ſequantur. Et ideo vetat in illo caſu purgantia exhiberi.

At ſi habuiſſet noſtra medicamenta moderna, quæ ſunt frigida aut parum ca-

lida, quæ poſſunt etiam æſtate, & ſub canem præberi: non vetaſſet, ſed vtiq; exhibuiſſet. Et ſi in illis magnis febribus materia turgeret, non ne purgaret Hipp. ita & in illis quatuor caſibus contingit.

Poteſt etiam dici & vere, Hipp. loqui de cura regulari, nos autem de cura irregulari, & coacta: quia cogimur purgare in illis caſibus, vt in materia turgente, & non dant indutias.

4 Quarto acut. 43. Si vrinæ inter initia tenues fuerint, non eſt purgandum.

Hoc intelligĕdum eſt, dummodo aliud non urgeat, & coctio expectetur, hos purgare non oportet: At ſi vrgeat turgantia humorum, mala qualitas, multitudo, locus, dolor, aut quid aliud; poteſt purgari validiſſimis antiquorum medicamentis: & eo magis noſtris modernis.

Poteſt etiam reſponderi & vere, quod Hipp. loquitur de cura regulari, nos autem de cura coacta, & irregulari, vt eſt in

mate-

materia turgente.

5 Quarto de ſanit. tuen. 5. At ſi in eodem homine reliqua eadem ſint, cæterum in lapſo corpore ſanguis bonus exiguus ſit, crudi humores plurimi, huic nec ſanguis mittendus, nec alui deiectio, aut exercitatio, aut omnino motus, aut balneũ adhibendum.

Locus iſte non facit ad rem, cum Gal. ſupponat in eodem corpore ſanguinem bonum exiguum, & crudos humores plurimos, pigros, craſſos, & ad motum ineptos: quo caſu certum eſt, non eſſe purgandum, ſed quid contra nos? Imo talia corpora quamuis non redundarent crudis humoribus, non poſſent purgari & ſi purgandi ſunt, id epicraſi faciendum aliter exoluuntur, vt Hipp. 2. aph. 36. docet, & ibi interpretes animaduertunt. Et qui prauo vtuntur cibo.

6 Libro quos purgare oportet. Qui vero humores aliqua parte corporis conſe-

derunt; neque vllo auxilio, neque medicamento prius mouendi ſunt, quam concocti fuerint.

Intelligendum dummodo aliud non vrgeat, vt ſunt humorum turgentia, & illa alia quatuor, quantitas, locus. Et videtur Gal. id induere hoc loco, quia expectaret coctionem, ſi materia non turgent. E t ego dico, niſi aliquod illorum quatuor vrgeat.

Item hoc verum eſſet, quando medicus certus eſſet, naturam ſuccos illos euicturam, & omnino ſuperaturam, tunc non mouendi, neq; euacuandi, ſi non fuerint concocti. At ſi percipiat medicus artificioſa quadam coniectura, naturam non poſſe eos euincere, ſed ipſam facile morbo ſuccumbere: tunc in principio purgandum: vt 2. aph. 29. præcipit Hipp. Et iſtæ purgationes non ſolum nō impediunt coctionem, vt ipſi aiunt, ſed adiuuant naturā, ad materiæ reſiduū concoquendum.

Dicere

Dicere etiam poſſumus, eum loqui de cura regulari, nos autem de coacta: vt eſt n materia turgente.

Præterea ſi ita ſimpliciter intelligenda ſunt verba Gal. vt ipſi intelligũt, ſumma contradictio eſſet inter hæc Gal. verba & Hipp. 2. acut. 11. vbi in principio pleuritidis, ſi dolor deſcendit, pręcipit eſſe purgandum, ſoluant ipſi.

7 Inquiunt inſuper, quod ſi in iſtis caſibus omnibus oporteret purgare, falſus eſſet aphoriſmus 24. primæ particulæ, in quo præcipit Hipp. in acutis paſſionibus raro eſſe purgandum, at in iſtis, cum ſæpe eueniant, ſæpe oporteret purgare.

Dicimus id dixiſſe Hipp. reſpiciens materiam turgentem, quia raro turget, vt dixit aph. 22. eiuſdem particulæ: non reſpexit alios caſus, vt reſpexit, lib. 2. 29. præſertim ſuis antiquis medicamentis, cum habeãt illas prauas qualitates, vt diximus in principio ex eius, & Gal. verbis.

Dici etiam poteſt, Hipp. loqui de cura regulari, nos autem de cura coacta, & irregulari: quia cogunt nos illa quatuor, vt cogit etiam materia turgens.

8 Alia eorum ratio eſt, quod noſtra moderna medicaměta, cum ſint debilia, non poſſunt humores crudos trahere, & pręſertim quando ſunt multi, quia debilius ageret in fortius, mouerět tantum, & non euacuarent: Et ita ſequerentur, illa ſympthomata, quæ Gal. 4. de ſanitate tuenda enarrat.

Cui rationi dicimus, non adeo imbecille pharmacum purgatorium nos daturos, vt aduerſus humores purgandos prępualere non poſſit: poteſt enim medicamenti debilitas quantitate compenſari.

Præterea humores ſunt parati ad exitum, cum ſint tenues, bilioſi, calidi, & non ſint vere crudi: & medicamenta ſunt attrahendis humoribus potentiora; cum agant,

agant,&trahant:vt magnes lapis eſt ferro potentior in attractione, vt attrahere ſit aptior quam attrahi,vt Gal.perbelle lib. 3.de ſimplicibus medicamentis cap. 25. docet, ita & purgatorium pharmacum.

9 Alia ratio eſt,quia ſi exhibemus purgationem,cũ humores ſint crudi in principio, & natura eis non prædominetur, non adiuuabit attractionem pharmacorum,nec quicquam opis eis afferre poterit, cum natura primum concoquat, poſt ſecernat,deinde euacuet,non prius.

Dicimus quod natura medicamenti opus & attractionem adiuuabit, ſentiet enim medicamenti attractionem, & grauata illis humoribus, facile inſurget ad expulſionem,& quamuis parua ſit,tamen ſatis erit, ſi pars aliqua materiæ euacuetur, quod intendimus agere, & eo modo excernet, quo in materia turgente: & in humoribus, qui omnem naturæ gratiam amiſerunt:in quibus ipſi concedunt pur-

gationem in principio., & crudi ſunt.

Et ſi ita eſſet, vt inquiunt, ad hoc ducerentur incommodum, vt nunquam in principio poſſemus purgare, quoniam in principio ſemper ſunt crudi humores; at contrarium probatum eſt ſupra per tot autoritates, rationes, & experimenta, quare eorum ratio non militat. Hac etiam ſæpe videmus, naturam in principio humores expellere, & conferre, vt ſupra probauimus.

10 Item inquiunt, medicamentum agit, & mouet, coctio vero fit quiete, non eſt igitur in principio purgandum, ſed cocta materia, vt 4. acut. 44. & Gal. in commento.

Ad hoc dicimus, quod in principio nõ ita impeditur, quies à purgatione, & ſi aliquo modo turbatur, quia maius eſt iuuamentum quam nocumentum, ideo admittenda, non autem reijcienda purgatio, quia pauciore facta materia, facilius reli-

quum

quum à natura concoquitur, vt Gal. 2. aph. 29. conſulit. Neque eſt adeo intenta natura coctioni in principio, vt in augumento & ſtatu, quare minus turbamus naturam in principio, à coctione:

Dici etiam poteſt, & vere, quod Hipp. & Gal. dictum 4. acut. 44. de morbis in quibus adeſt ſumma cruditas ab humoribus craſſis, & criſeidis intelligitur, in qua non eſt purgandum, vt in illo commento habet Gal. ſcilicet. Cur autem eos haud purgare velit, in quibus ſumma cruditas ineſt, cauſam recenſuit.

Si de hac ſumma cruditate non intelligerent Auctor & Gal. contradictio ſumma eſſet inter iſta, & ea, quæ pręcipiunt 2. aph. 29. vbi pręcipiũt purgandũ eſſe in principio, & in ſtatu omnino quieſcendum; & ab Hipp. melius eſt quieſcere, & ipſi in ſtatu & augumento contrarium faciunt; purgant in vtroque tempore, & ideo maxime turbant naturæ coctionem, quo-

quoniam in his duobus temporibus maxime fiunt coctiones.

11 Cum aiunt, febres aut ſunt diuturne, aut acutæ, diuturnæ aut per coctionem aut per abſceſſum finiuntur; quare in initio non purgandum. Si acutæ quamuis excretione finiantur, hæc multis modis fit: aut ſudore, aut ventris fluxu, aut per vrinam, aut fluxu ſanguinis, aut aliter, & raro per vẽtris fluxũ ergo raro purgãdũ.

Ad hæc facile reſpõdetur, relictis diuturnis febribus. In acutis vero in quibus multitudo, aut dolor, aut locus, aut praua qualitas vrget, quamuis per alui excretionem natura non finiat febrem illam, quod ſciri non poteſt, tamen purgatio facienda eſt à principio, quia adhuc natura non parauit ſibi uiam, per quam materiam expellat, quare purgandum, vt diminuantur humores peccantes, & facilius materiæ reſiduum natura cõcoquere poſſit. Et ſi nunquam per vẽtrem natura

criti-

criticaret in his febribus etiam purgandum eſſet. Neque enim per ſanguinis fluxum à brachio criticat vnquam, & tamen ſanguinem mittimus à brachio, vt naturæ opem feramus.

12 Ad ea, quæ de febre peſtilenti dicunt, quod ex diametro purgatio repugnat his, quæ natura ſolet efficere, quia per cutim ſolet euacuare.

Primum ſupponunt falſum, quoniam Gal. 1. de differ. febr. 4. in peſte illa dicit, omnibus aluum fluxiſſe, & Hipp. idem 3. epid. ſectione 3.

Sed hoc etiam dato, facile reſpondetur per ea, quæ dicta ſunt: eo quia natura in principio non parauit ſibi viam aliquã, purgat etiam Galen. lib. immediate allegato, & ſanitati reſtituti ſunt; & hoc in principio (vt ipſe inquit) effecit.

Vltra quod Gal. 6. epid. com. 2. text. 30. pręcipit, in multa humorum copia in latis puſtulis ſimonis purgandum. Et Oribaſius

baſius lib.7.collect.cap.27.dat colocyn-
thidã quibus liuida exanthemata per cu-
tim efflореſcunt,&in ſcabie &lepra nõne
omnes pręcipuũt purgandum eſſe, quam-
uis materia ad cutim à natura trudatur

13 Ad ea,quæ Gal.lib.de conſtitut.ar-
tis 18.habet fieri non poſſe,vt morbus ſol
uatur, quin coctionis ſigna apparuerint.

Dicimus Gal. hoc loco loqui de ſolu-
tione perfecta morbi: nos autem purga-
bamus à principio,vt diminuamus humo
res,&natura reſiduum facilius cõcoquat.
In illis enim caſibus periculum inſtat,ne
morbo natura ſubcumbat:ideo diminuẽ-
da materia eſt à medico tanquam naturæ
miniſtro, & adiutore.

Et ſi ita non eſt intelligendus Gal. ſe-
quitur,vt neq;in materia furioſa poſſimus
purgare ante materiæ coctionem: quo-
niam Gal.non excipit materiam turgen-
tem,& propoſitio eſt vniuerſalis, vniuer-
ſaliter prolata. Enimuero commune in

om-

omnibus (inquit) non prius diſſolui morbum poſſe, quam aliquod in decedētibus excrementis coctionis inditium apparuerit, & qui dicit omne nihil excludit, licet aliquando iudicetur perfecte materia adhuc cruda vt in Cleonactide, & vt nobis aliquando accidit.

14 Gal.4.acut.76. Nam vel ſtatim ab initio, prius quam cōfirmentur humores, medicandum, vel poſtea cum ad maturationem perducti fuerint.

Vide aſtutiam, & calliditatem hominum, quæ pro ipſis eſſe videntur, ex hoc loco eripiunt, quæ vero clariſsima contra eos ſunt, prętereunt.

Auctor in textu purgat, ſi dolor deſcenderit ad ſeptum, vt Hipp.lib.2.& Gal. in commento inquit, ſe purgaſſe, prima, ſecunda, quarta, & quinta die, purgant igitur omnes in principio pleuritidis.

Ad Galeni verba facile reſpōdebimus quia idem vult Gal. in illis verbis, quod Hipp.

Hip.& ipſe præceperunt 2.aph.29.Cum morbi incoant, ſiquid videtur. Quoties ergo cogũt nos illa quatuor, in principio medicãdum:quid aliud querimus quam, quod ipſi modo probant? quamuis nos probauerimus ſupra, in facta pleuritide & firmata, Hipp. purgare, & eo magis, ſi non eſt adeo confirmata.

Præterea Gal.non aliter interpretatur iſtius auctoris dicta, vt ex eius verbis videtur,quam ea,quæ Hip.in legitima parte lib.2.11.dixerit,& ſupra nos probauimus,quod quando Hipp. purgat in pleuritide, ex Gal. dictis eſſe factam inflammationẽ. Neq;aliter Hip.verba intelligi poſſnut.Si vero Gal.intelligit hic in principio inflammationis factæ poſſe purgari ſtat cum his, quæ lib.2.11.dixit: ſi verò intelligat,vt verba iacent,ſumma pugnãtia aderit cũ his, quæ ibi dixit ſoluãt alij.

Poſſimus etiam dicere, Gal.hoc loco loqui de cura regulari,nos autem de cura coacta,

coacta;& irregulari intelligimus,quia cogunt nos locus,& alia tria.

Cum dicunt,ſi materia cruda poteſt à principio purgari: ergo totam materiam deberemus à principio purgare, non autem partem.

Ad hæc dicimus, an materia turgens tota in principio euacuari poſſit? Si tota, ergo ſtatim euacuatione magna ſoluetur morbus: atqui hoc non ſuccedit: euacuatur tantum aliqua pars, vt turgentia illa ſedetur. Ita & de illis quatuor caſibus nos dicemus. Natura enim ſæpe in principio eijcit per aluum infernam cum iuuamento, vt ſupra probatum eſt, non autem totam materiam. Naturam igitur imitatur medicus: ſat eſt, quod partem aliquam materiæ educat: vt facilius natura reliquum euincat.

Præterea quæro ab iſtis, an Hipp. cum præcipit purgationem pleuritico, intendat totam materiam euacuare, an partem

tantum? certum eſt non totam ſed partem, vt per ſanguinis miſſionem: idem & nos pręſtabimus.

16 Vltra aiunt. Cum purgantia ſint calida, augetur ab ipſis febris calor, & humorum agitatione omne corpus caleſcit, & impeditur coctio, & morbus trahitur in longum.

Hoc argumẽtum eſt etiam cõtra Hip. & Gal. qui pręcipiunt purgationem in materia turgente, pari modo in ipſos militat: quoniam non peracta coctione purgant in principio medicamentis calidis. Eodem modo nos reſpondebimus, quo ipſi reſpondebunt.

Sed iſthęc quam facillime radicitus euellemus per Gal. dicto lib. de his quos purgare oportet. Vbi ait. Non igitur febrilis caloris gratia purgans exhibemus medicamentum, quod nos quoque quantum in ipſo eſt nocere ſcimus: verum vt humores febrem cõcitantes eſtirpemus.

Vtili-

Vtilitas itaq; maior prouenire debet, moleſtãti humore detracto, quam ab expurgante remedio nocumentum, quod neceſſario corpori infligitur. Vtilitas autem maior obueniet, ſi & quicquid lędebat, & ſine moleſtia detractũ fuerit idẽ primo aph. 24. Vt in ſumma dicam à Gal. dantur medicamẽta calida, & acria, & prauæ qualitatis, & tamen maius eſt iuuamentum quam nocumentum.

Habemus etiam hodie (vt ſupra diximus) benigna, frigida, placida, aut parum calida medicamenta, quæ non cauſant illa mala vt antiqua.

17 Quod de artritide, podagra & ſimilibus aiunt, ex purgatione maiores dolores & fluxiones fieri, & obſtructiones augeri.

Experientia quotidiana patet, hoc eſſe falſiſſimum: cum in iſtis malis purgationes maxime iuuent, & (vt ſupra dictum eſt) pręcipiunt hoc faciendum ſummi

medici: vt Aetius lib. 12. cap. 28. quod purgatione confeſtim ſubſidunt, & ſedantur, inquit.

18 Quod de inflammatione extra corpus ante oculos, cruda inciſa, dicũt: quod non effluit niſi parum ſanguinis: ergo multo minus trahemus ab internis purgationibus exhibitis.

Ad hæc dicam, iſtos non ponderare Hipp. dicta 2. acut. 11. & Gal. expoſitionem eo in loco. Dat nanq; Hipp. peplium & elleborum, vt curet pleuritidem pleure inflammationem, ergo fruſtra daret Hipp. purgantia.

Et non ne melius humores ibi exiſtentes, euacuantur per purgans pharmacum quod trahit per venas etiam exiles, natura adiuuante, quam ſi extra corpus exiſtens inflammatio cruda incidatur, vbi non eſt, quod trahat? Ex diametro certe Hip. Gal. opponuntur viri iſti doctiſſimi, neque id percipere, videntur.

Supra

Supra etiam probauimus nos per Gal. 4.meth. 6. quod medicamentum trahit à parte vlcerata, itidem inflammata. Probatum eſt etiam quod in ſanguinis miſſione in pleuritide, euacuatur ſanguis ex parte inflammata: ergo eo magis per purgationem euacuabitur. Multa alia dicunt, quæ cum ſint parui momenti, ea relinquo.

Præterea in febribus acutis præſertim materia eſt in venis magnis, quæ non ſunt longe ab hepate: & ita haud difficulter trahetur a pharmaco purgante, & natura expellente.

Tandem quādo pręſtare auxilium volunt ægrotantibus poſt mortem? Quæ facienda, aut impedienda, cito aſſequi, pręcipit Hipp. lib. de humoribus.

Ex his omnibus patet, quantum valeant rationes, & auctoritates doctiſſimorum virorum, quibus ſuam opinionem conantur tueri, quod ſcilicet in principio

morborum non liceat purgare, niſi humores turgeant.

Ex dictis etiam locis, auctoritatibus, rationibus, & experimentis quàm clariſſime manifeſtum eſt, poſſe nos in principijs morborum purgare, nō ſolum in materia turgente, verum etiam in materia venenata, & praua, in magna humorum quantitate, in vehementiſsimis doloribus & cum locus vrget.

Materia praua & venenata.

QVod in materia praua, & venenata in principio purgandum ſit, prȩcipit Hip. lib. de vlceribus: purgat in exedentibus, & ſerpētibus, vlceribus & Gal. 4. meth. 6. idem confirmat citans eundem locum Hipp.

Lib. de conſtit. artis. 19. dicit: Quæ vero præter naturam toto ſunt genere vt venena ac ſpecula defigentium animalium virus, alterando, vacuandoque.

Nono

Nono meth. 10. ergo quod corruptum eſt, id alienum à natura eſt, quod tale eſt, id ſe auferendum dictat.

Duodecimo meth. 7. Cum vero aptiſſimum ad eiuſmodi vitioſos humores eſſet medicamentum, quod ex aloe componitur, quodq; iam vulgo pieram appellãt, vtiq; ſemel purgare, iuſte hominem non ſum auſus, de dolore inteſtinorum à prauibus humoribus facto, loquens.

Quarto de ſanit. tuen. 3. Quod igitur omnino alienum eſt, nulla fieri ratione poteſt, vt id naturæ ſuæ gratiam recipiat: ſed educere id, quamprimum eſt tentandum, æque certe, vt quæ in ventre corrupta ſunt, ea vel vomitione, vel deiectione expelli, profecto eſt optimum.

Cap. 4. Quod ſi vitioſi tantum ſucci, hique citra ſanguinis copiam ſubſint, purgatio petenda eſt, quæ infeſtanti humori ſit accommoda.

Vndecimo meth. 8. Tanquam igitur

Ita vtiq; & putredinem, quæ in viuis eſt orta, ſanabimus, id ſcilicet, quod iam corruptum eſt, omni ratione vacuantes.

Secundo de compoſ. pharma. per loca 1. loquens de his, qui ex ſtomaco caput dolent. Quæ igitur horum erit cura? vt videlicet affligentes in ventre humores, quam celerrime euacuemus.

Secundo de ſimplicibus medi. 12. Quã obrem potius euacuandi ſunt, qui ab ijs, quæ temperandi naturam habent, irritantur, atq; aſperantur; vtpote qui nec facile mobili corruptione ſunt repleti.

Quinto meth. 12. Cæterũ qui ex peſtilentia hoc vitio laborarũt, propterea mihi facile ſanati videntur, quod præſiccatum præpurgatumque totum corpus fuerit, quippe cum & vomuerint ex hijs nonnulli, & omnibus venter profluxerit.

Primo de differ. feb. 4. de peſtifera febre loquens. Erat autem eorum ſumma, vt oſtendit Hipp. ipſa putrefactio: quod

cum

cum nos præuidiſsemus, ſtatim ab initio, quæcunque corpora humida videbamus, omni via exiccare conabamur: quæ vero ſicciora, in his antiquum habitum conſeruabamus, at in quibus ſuperfluitates redundabant, hæc purgationibus ſanabamus.

Septimo meth. 11. purgat vitioſos ſuccos, in ventriculi tunicis, impactos. Sunt porro.

Primo de compoſ. medica. per loca 1. de alopecia loquens, capite 8. de acoribus prouenientibus à prauis humoribus. Et lib. 2. cap. 1. de vitioſis humoribus in ventriculi tunicis impactis purgat.

Sexto eiuſdem voluminis lib. 1. de oris inflammatione pertractans, dicit Etenim venæ ſectione vtimur, & purgatione, & chliſteribus, & inedia, vbi totum corpus apparuerit, aut multitudine humorum refertum, aut eorundem malitia vitiatum.

Quarto meth. 6. purgat in humorum

abundantia, & magnitudine morbi, quæ tripliciter fit, vel propter affiictæ partis præſtantiam,vel propter affectus magnitudinem, vel quia ſunt cacoethe. Et clarius infra vt ſupra poſuimus.

Dolor.

QVod dolor magnus cogat nos in principio purgare:patet ex Hip.2.acut. 11. vbi in lateris dolore deſcendente ad ſeptum,dat veratrum, nigrũ & peplium.

Primo eiuſdem voluminis lib.text.33. ſi lateris dolor ex fomentis non remittitur, ſputumq; non procedit purgat, ante pthiſanæ exhibitionem.

Sexto epidemi. com.1.text.6. In rhenem dolor grauis. Præcipit iuuenes veratro purgandos eſſe.

Libro de iudicationibus. Quibus dolores fiunt,derepente,præcordium eleuatum eſt ſuperne, & ſi circa ſpuriam coſtam graues dolores fiunt: his ſolutio fit

venæ ſectio, & purgatio deorſum.

Gal.12.meth.7. in coli dolore purgat vitioſos humores.

Decimotertio meth.22. In opthalmia ait. At morſum quidem tum purgantibus medicamentis ſcilicet, & deorſum reuellendo, & euacuando curare conuenit. Et infra: At vero diſtentionem, quæ ex repletione prouenit partis, miſſione ſanguinis, & alui deiectione, & infernarum partium frictione curare conuenit.

Secundo de ſimpli.med.12. In doloribus qui exaſperantur ab his, quæ temperandi naturam habent, inquit, protinus eſſe euacuandum, idq; per purgationem faciendum, cum de cachochimia & ſucci malignitate loquatur.

Secundo de comp.phar.per loca 1. loquens de his, qui ex ſtomaco caput dolent, dicit, quod horum cura erit, vt humores, qui ſunt in ſtomaco vacuentur. Et infra dat hieram, vbi in ventriculi tunicis humo-

humores ſunt imbibiti, neque pręparantia pręmittit.

Tertio epid.com.3.text.76. in Caluo ait Gal. quod ſi quis cibo magni nutrimenti vſus ſit, aut ſolitæ illi excretiones ſubſtiterint: quamprimum hominem vacuare oportet. Certum eſt, quod ſi alij tres humores pręter ſanguinem peccant, quod nos debemus purgare.

Primo aph.23.Gal In maximis etiam inflammationibus & vehementiſſimis doloribus nullũ maius noui remediũ, quam vſque ad animi deliquium euacuare, habita diſtintione, an purgatione, an ſanguinis miſsione vti debeamus.

Libro de curan.rati. per ſang.miſsi.4. loquens de plenitudine aut in toto,aut,in parte,& de dolore in parte quapiam, inquit. Non tamen vena ſecta prorſus eſt opus,ſed ſufficit purgatio, frictio.

Locus.

QVodlocus vrgeat purgare in principio ex Hipp. facile percipitur: primo acut. text. 33. vbi habet. Si lateris dolor non remittitur fomentis, ſanguinis miſsione, aut purgatione vtendum, vtrum tandem horum conducet.

Secundo eiuſdem voluminis lib. text. 11. Si in pleuritide dolor deſcenderit ad ſeptum, & à fomentis non remittitur, exhibet peplium & nigrum veratrum.

Quarto eiuſdem voluminis text. 37. de eadem pleuritide loquens. Si grauitas ad lumbos deſcenderit, chliſtere, vel medicamento purgat.

Eodem lib. 76. de eadem pleuritide ait. Si dolor ſub thorace fuerit, valdeque infeſtauerit, pleuritico vētrem ſubpurgaueris, nihilque dum purgabitur dabis.

Libro de capitis vulneribus. Si tumor rubicundus, ignis ſacri ſpetiem referens

in facie,aut altero oculo,aut vtriſque adſit infernam aluum purgat.

Libro de vlceribus in capitis,articulorum,& ventris vulneribus purgat.

Gal.lib. præſagium confirmatum. Si igitur angina fuerit,delige purgationem, vel ſi quid fuerit pleuriticum.

Quarto meth.6.purgat ratione partis. Cum enim trifariam,vtiq;in capitis ventrisq; vulneribus præſtantiam læſæ indicans partis. Explicat verba Hipp. lib.de vlceribus.

Decimoquarto meth.8. In prętumida lingua, eodem die, quo fuit vocatus, dedit pilulas,quæ ex aloe,ſcamonea, & colocyntide conſtant.

Decimotertio meth.22. in opthalmia purgationem prębet in principio: vt euacuet, & reuellat idq. ratione partis & doloris.

Quinto meth.14. de pulmonis vlceris venturi ſuſpitione loquens. Cauetur id tripli-

triplici prꝗſidio, purgatione primum.

Quarto acut. 30. de angine loquens. Corpus igitur totum, vena ſecta, euacuare oportet, & purgatione, & de principio intelligit, & ratione loci.

Eodem lib. 76. In pleuritide & prima, ſecunda, quarta, & quinta die purgat, & hoc ratione partis.

Quantitas.

QVantitas etiam cogit nos purgare in principio: vt Hip. nos docet tertio epid. com. 3. ægro 12. Virgini, quæ plenitudine laborabat, mota eſt aluus à principio, & iuuit. ergo & medico id licet agere.

Quarto meth. 6. Sed ſicut miſſio ſanguinis vel propter ipſius abundantiam, vel propter morbi magnitudinē, ita purgatio & propter abundantiam alterius cuiuſque ſucci, & propter vim morbi adhibetur.

Idem Gal. 3. epid. com. 3. text. 76. egro

5. Cal-

5. Caluum euacuat in principio vt in dolore diximus.

Decimotertio meth.22.in opthalmia, quæ prouenit ex repletione,purgat. Sexto epid.com.2.tex.30. purgat in materia multa,in puſtulis ſimonis.Lib.de cur. ratione per ſang.miſ. 4. in dolore ex humorum copia purgat dicens, non tamen vena ſecta prorſus eſt opus, ſed ſufficit purgatio.

Sexto de com.phar.per loca primo.Etenim venæ ſectione vtimur,& purgatione & clyſteribus, & inedia, vbi totum corpus apparuerit aut multitudine homorum refertum, aut eorundē malitia vitiatum.

Alexander Trall.ex Philumeno lib.8. 5. Natura ex ſe aluum ducit, in plenitudine ergo & medico licet ipſam ducere.

Aetius lib. 9. 35. ex eod. Philumeno idem habet.

Sit Deo laus & gloria.

ILLVSTISSIME ET EXCELLENTISS. PRINCEPS.

EXTERNIS menſibus. V. E. I. petijt à me, an ſemper ſomnus humectet? Dixi ſomnũ non ſẽper humectare, ſed interdum exiccare, hoc obliuioni tradito per aliquot tempus, caſu quodam in memoriam rediens, animoque reuoluens, ne videar, id temere, & ex propria voluntate ſine auctoritate ſummorum medicorum, & clara ratione dixiſſe, hæc pauca ferè ex tempore, & currẽti calamo adnotare decreui.

Medici ferè omnes aſſerunt, & pro certo tenent, ſomnum ſemper humectare: ſumens id (vt puto) à Gal. 6. epid. com. 4. text. 17. Vbi exponens illa verba Hipp. Somnus ſtabilis, rectorum dormitatio, inquit,

quit. Somnus enim ſemper humectat, ſicuti vigilia ſemper exiccat. Et fortaſſe à ſecundo acutorum vltimo, vbi Gal. habet. Nēpe vigilia per alitum, & digerere, & ſiccare, non, quæ in imo ſunt, concoquere nata eſt, ſomnus vero humectare.

Nos vero auctoritate optimorum medicorum, ratione, & experientia moti, audacter affirmamus, ſomnum non ſemper humectare, ſed interdum exiccare.

Et quod ita ſe res habeat, videamus, quid dicat Celſus vir grauiſsimus, qui lib. 1. cap. 3. loquens de extenuando corpore nimis obeſo, & craſſo, hæc habet verba. Extenuat corpus aqua calida, ſi quis in eam deſcenderit, magiſque ſi ſalſa eſt, in ieiunio balneum, inurens ſol, & omnis calor, cura, vigilia, ſomnus nimium vel breuis, vel longus, lectus.

Quoad ſomni breuitatem, ſi ex eo extenuatur corpus, id fit, nō ratione ſomni, ſed ratione vigiliæ, quia ſomnus eſt breuior

uior debito,& ita vigiliæ extenuat.

Quo vero ad longitudinem ſomni, ſi ex ea extenuetur corpus, id fit ratione ſomni,cum enim cibum concoxerit calor naturalis,ſi vltra progrediatur ſomnus,& longior ſit debito, calor naturalis agit in humiditates membrorum, hiſq; depaſcitur: & ita corpus extenuatur. Et ita Celſus non ſolum noſtræ fauet ſententiæ, ſed eſt eiuſdem iuditij apertiſſime, quis nanque aliud ſenſerit, eius verba recogitans?

Et paulo ſupra cum de corpore gracili impinguando agit, eandem habet ſententiam,inquiens. Implet autem corpus, modica exercitatio,frequentior quies,vntio,& ſi poſt prandium eſt balneum,contracta aluus,modicum frigus hyeme,ſomnus & plenus,& non nimis longus, molle cubile.

Cum nō nimis longus ſomnus repleat corpus, facile inferre poſſumus, quod

longus extenuat, vt de extenuando corpore loquẽdo ſe declarauit, hæc ex Celſo.

Hipp. libro de victus ratione ſeu de dieta 2. quem librum, licet aliqui dubitarint, eſſe Hipp. ſed eſſe, aut Philiſtonis, aut Ariſtonis, aut Euriphõtis, aut Philitæ antiquorum medicorum. Sed hic ſecũdus liber vt lib. 1. de alimentorum facultat. cap. 1. ſentit Gal. non ab re Hipp. dignus putabitur, vt etiam alias eodẽ libro teſtatur idem Gal. inquit ergo in hoc lib. Hip.

Somni ieiunum attenuant, & frigefaciunt, ſi non longi fuerint, pręſentem humiditatem euacuantes; qui vero magis calfaciunt, colliquant carnem, & corpus diffundantes exoluũt, ac debiles faciunt; à cibo vero ſumpto, calfacientes humectant, alimentum in corpus diffundẽtes: à matutinis autem deambulationibus ſomnus maxime ſiccat.

Ex his verbis clarum eſt, ſomnum non ſemper humectare, ſed interdũ exiccare non

non parum. Modus etiam, quo fiat iſta exiccatio, ex his colligitur, quãdo ſcilicet non adeſt humor aut cibus concoquẽdus in corpore. Cum in ſomno calor retrahatur intra corpus, vt 6. epid. ſectione 4. dicit Hip. Palam vigilans calidior externis partibus (frigidior autẽ internis, dormiẽs vice verſa,) calor naturalis agit in humores & mẽbra, ipſa, exiccat, & eius humiditates abſorbet, & ita corpus exiccatur.

Hoc ex illis verbis colligitur, ſomni ieiunum attenuant, & ex vltimis verbis, ſcilicet à matutinis autem deambulationibus ſomnus maxime ſiccat, ſomni ieiunũ attenuant, quia non adeſt cibus, in quem agat calor naturalis & ideo magis conſumit corpus, humiditates, & ſubſtantiam membrorum.

Eſt & alius locus non minus clarus in germano & legitimo lib. Hipp. nẽpe. 2. de victu acut. in vltimis verbis: cuius verba hæc ſunt. Vigilia fortis potus & cibos in-

coctiores facit: & rurſus in contrariam partem mutatio, diſſoluit corpus, & excoctionem ac capitis grauitatẽ inducit. Alia verſio habet. Corpus reſoluit, & velut decoctum reddit, capitiſq; grauitatẽ inducit.

Quorum verborũ expoſitio Gal. mihi non ſatisfacit, quoniam non videtur conuenire neq; verbis, neq: ſententiæ Hipp. percant mihi tanti viri manes, alias ipſe dixit 2. ſcilicet de compoſ. medi. per loca cap. 1. Archigenem tueri volens. Difficile enim eſt, vt qui homo ſit, nõ in multis peccet, quædam videlicet penitus ignorando quædam vero male iudicãdo, & quædam tandem negligentius ſcriptis tradendo, nõ dico ipſum erraſſe, ſed ſi forte errauit, eſt ſibi condonandum, quare videamus, quid ſibi velint Hipp. verba.

Vigilia fortis, ideſt longa vigilia, & multa, eſt in cauſa, vt cibi & potus non concoquantur; quia palam vigilans, calidior eſt, externis partibus, frigidior autẽ

inter-

internis: & ita non concoquuntur cibi & potus, & cruditates fiunt. Vigilia (dicebat Areteus) cruditatem facit, alimentum ſub trahit, laborem affert, corpus contriſtat mentem labefactat.

Rurſus in contrariam partem mutatio. Si cōtrarium fortis vigiliæ conſideremus erit mutatio in fortem, & longum ſomnum: quia forti ideſt longæ vigiliæ, fortis ideſt longus ſomnus cōtrarius eſt, & non aliud. Abſoluta in ſomnis ciborum, potuum, & aliorum coctione, calor conſumit humiditates, pinguedines, & carnes, & ita diſſoluit, attenuat, & exiccat corpus, & ipſum velut excoctum reddit, vt videatur tanquam titio apud ignem, & capitis grauitatem inducit, ratione plurimorum vaporum actione caloris ad caput elatorum, iuxta illud Aretei. Multus enim ſomnus ſtuporem capitis ſenſibus inijcit, vaporum exhuberantia torpet omnis actio.

Et idem Hipp. 6. epid. ſecti. 5. text. 32.

eandem habet ſententiam; ſcilicet quod ſomnus aliquando exiccet, his verbis. Superenacuatum ſiccat ſomnus multus, hoc autem fit eadem ratione, qua ſupra.

Tandem Gal. ipſe eſt eiuſdem opinionis 6. de morb. vulgaribus com. 5. text. 32. exponens illa Hipp. verba immediate poſita, hac verborum ſerie.

Quod euacuatum ſomnus multus exiccet, & experimento quidem, quo omnes rationes diiudicantur, percipies, & ante experimentum ad huic dicto aſſentiẽdum ex his, quæ antea didiciſti, adduceris. Porrò ſi in ſomnis ſanguis, & cum eo naturale calidum interius abditur; in vigilia vero ad extima profunditur, quæ in ventriculo & iecore ſunt; per quietem concoquentur; in vigilia vero totum corpus aletur. Itaq; ſi in exauſtis calor interius vergat, nihil habens, quod conficiat, langueſcit & interit; primus enim omnium, vt ignis lignorum materia, ita ipſe alimento

nutri-

nutritur, prudenter autem addita eſt ea vox, multus, paucus enim pregreſſum laborem tollit, quando ventrem homo exonerauit, deinde ſi in iecore & primis venis adſunt crudorum humorum reliquiæ, eas omnes concoquit, hæc Gal. quare idem cõfirmat ipſe, quod nos aſſeruimus.

Ratione probare poſſumus per ea, quæ dicta ſunt, quoniam cum in ſomno calor, ſanguis, & ſpiritus in abditis corporis ſedibus permeent, cum non adſit pabulum, & quæ conficere, & in quæ agere poſſint, agunt in mẽbra, & humiditates proprias, ipſiſque depaſcũtur: & ita corpus exiccatur, & eo magis, quo sõnus fuerit longior.

Experiatur vnuſquiſque in ieiunio, aut peracta ciborum coctione, & non adſint alij humores concoquendi, ſi amplius dormiat, notabit ſe macrefactũ, & exiccatũ.

Neque relinquendus eſt Gal. ita indefenſus, quim tueamur eius partes: cum vera dicat, tum quando dicit, ſomnũ ſemper

humectare, tum etiam quando dicit, ſomnum exiccare, quare ſana mente, & cum grano ſalis ſunt intelligenda eius verba. Et ita dicere poſſumus & vere, quod quãdo Gal. aſſerit, ſomnum ſemper humectare, ipſum loqui de ſomno mediocri poſt cibum, aut quando adſunt crudi humores decoquendi in ſtomaco, inteſtinis, hepate, genere venoſo, aut alibi, tunc ſomnus ſemper humectat, coquens illos humores, qui poſtea corpus humectant, ipſum nutriendo. Quando vere non adſunt iſtæ conditiones, tunc vt bene dicit, corpus attenuatur, & exiccatur, quoniam calor naturalis agit in corporis perniciem, abſorbendo proprias partium humiditates, & ſubſtantiam. Dicta omnia, & regulæ omnes patiuntur exceptiones, quare vera ſunt Galenica dicta. Vale optime & Excellentiſſime princeps.

Sit Deo laus & gloria.

DE VSTIONE.

QVOT MODIS, QVIBVS IN locis, in quibus morbis, & quibus inſtrumentis Hipp. vſus ſit in uſtionibus.

ALIQVI medici optimi putant, Hipp. non vſum fuiſſe ferro in corporis vſtionibus, quamobrem ex ipſius Hipp. verbis oſtendemus, ipſum vſum fuiſſe & ferro, & fungis, & lino crudo, & fuſis, & quot modis, quibus in locis, & in quibus morbis.

Pagina in froben 21.

Et primum libro de medico dicit. Cæterum in chirurgijs, quæ per ſectionem, aut vſtionem fiunt, velocitas, ac tarditas æqualē laudem merentur. Eſt enim vtriuſq; vſus. Nam in quibus per vnicam ſectionem chirurgia abſoluitur, velocem diſſectionem facere oportet, quum enim contingat, eos, qui ſecantur dolere, id quod

quod dolorem affert, quàm minimo tempore adeſſe conuenit, quod ipſum continget, veloci ſectione facta. Vbi vero multas ſectiones fieri neceſſe eſt, tarda chirugia vtenda eſt. Velox enim continuum & multum dolorem inducit. Tardus vero & intermittens, requiem aliquam, his qui curantur, exhibet.

48 Libro de natura pueri circa medium loquẽs de ortu pilorum, quod in rara cute naſcantur. Signum autem eius, quod in rariſſimis cuticulæ partibus pili enaſcantur, ſi quis velit inurere cutem, & puſtulam tantum facere, eamque ſanare, cutis, denſa reddita per cicatricem, pilos non producet.

69 Libro de ſuperfætatione parum ante medium. Si cui vterus ſuppuratus fiat, aut poſt partum, aut ex abortu, aut quomodocunque alias, & non in vaſe alio ac tunica, velut in tuberculo ſolet, pus fuerit: huic conducit, ſpecillum vnctorium

in

in vteri os demittere. Minus enim opus fueri vſtura,ſi ad ſpecillum proceſſerit.

93 Libro de loc. in homine parum poſt principium de capitis fluſſione in oculos loquens. Si vero ſtatim inflammati fuerint, nihil omnino illinc ſed aut fortiſſimo quam infime vrito, aut quopiam aluum ſubducente medicamẽto attenuato.

Eodem lib. paulo inferius de ſuffuſione loquens. Huius venas viſum præmentes exurere oportet, quæ videlicet ſemper pulſant, & inter aurem ac tempora conſiſtunt.

Infra eadem pagina de ſuppuratis agens, & hæc vruntur.

96 Eodem lib. infra, agens de capitis fluxionibus in carnẽ retro iuxta vertebras hydrops factus ſit. Caro in collo inter venas cruſtis tribus vratur, & vbi vxeris, conſtringatur, & cicatrices quam tenuiſſime inducantur.

97 Eodem lib. loquẽs de ſplene magni

 facto

facto in febre. Si vero neq; ſic leuior fiat, inurende ſunt cruſtæ quam tenuiſſimæ,& quã maxime in ſuperficie,quo aquã continere poſſis,circũ circa vmbilicũ,& vna in vmbilicũ,&emittere ſingulis diebus.

99 Eodem lib.de inſania loquens. Venam porro ſic vrere conuenit, commodam ad morbum, ex quocunque tandem ægrotarit. Si vſtus fuerit homo, & fluxerit ſanguis,ita vt hoc non periculoſum ſit ipſi, ambo hæc facere licet: ſi vero percuſſeris ipſam in dolore,cuius gratia vrebatur,nõ coaleſcit,verum fluxui prodeſt: Si enim peruſta fuerit,nõ fluit:nam poſtquam peruſta eſt,extremitas vtraq; venæ recurrit,qua parte peruſta eſt,& recurrit.

100 Pagina ſequenti. At ſi ſanguis ex vena fluit,per tranſuerſum perurito.

Infra eadem pagina Doloris in capite gratia, ſanguinem de venis detrahito, ſi vero non ſedetur,& diuturnus ſit, perure venas, & ſanus euadit.

Libro

110 Libro de aere aquis. Maxime autem obſeruare oportet magnas temporum mutationes, vt neq; medicinas in illis libenter exhibeamus, neque vramus quæ circa ventrem, neq; ſecemus, priuſquam prętereant dies decem, aut plures, & non pauciores.

113 Eodem lib. de fæminis ſcytis agẽs. Dextram autem mammam non habent; nã puellis adhuc infantibus matres æreo inſtrumento, in hunc vſum parato, igneq; candefacto, eam auferunt, ac exurunt, ne iterum ſubcreſcere contingat: atque vt omnis vis ac robur in dextrum humerum & brachium deferatur.

114 Eodem lib. parum poſt medium de ſcytis loquens. Multos enim ipſorum, præcipue qui nomades ſunt, reperias exuſtos humores ac brachia habentes, manumque iuncturas, pectora, coxas, & lũbos, nullam ſane aliam ob cauſam, niſi ob humoris & mollitiei naturæ detractionẽ:

nam

nam neque arcus intendere, neque telum torquere poſſunt, prę impotentia humiditatis humorum; quum autem vruntur, humor ipſe à iuncturis exoluitur, fiuntque corpora ipſorum validiora, melius nutriuntur, & magis redduntur articulorum vſu potentia.

184 Primo de morbis parum poſt principium. Cum de bona & mala fortuna medici locutus eſſet. At vero facilitas ac prontitudo in his eſt; cum quis ſecans, aut vrens, neq; neruum ſecet, neq; venam: & ſi ſuppuratum vrat, pus conſequatur: & ſi ſecet eodem modo.

185 Eodem lib. paulo poſt, de ſuppuratis ex capitis fluxione agens. Hic ſi vratur, aut ſecetur priuſquam diuturnum fiat pus, ſanus plerunque euadit.

186 Eodem lib. paulo infra, de capitis fluxione & colliquatione corporis loquens. Quum igitur caput fluere inceperit, & reliquum corpus colliquari, non

am-

amplius æqualiter, ne vſti quidem, ſuperſtites euadunt.

188 Eodem lib. de pulmonis tuberculis agens. Si vero & tempus longius protrahatur, & ipſe debilior fiat, & per ſputum reijcere nequeat, ſed vſtus fuerit, aut ſectus, & pus exeat, ſtatim quidem & ſic melius habere ſibi videtur, verum tempore procedēte perimitur ab ijſdem, quæ prius relata ſunt.

197 Secundo de morbis parum poſt principium, de morbis a capite fientibus loquens. Et tunc capite purgato, medicamento deorſum purgante exhibito, cruſtas octo capiti inurito, duas circa aures, duas in occipitio, hinc atque hinc ad ceruicis neruum, duas in naſo circa angulos oculorum. Venæ autem circa aures vreudæ ſunt, donec pulſare deſinant. Ferramentis vero cuneoli forma paratis, obliquas venas perurito.

203 Eodem libro paulo infra. Inurit

hyppo-

hyppogloſum, & tuberculum in palato. Vrit quoq; polypum, hoc modo. Quum ſic habuerit, fiſtula immiſſa ferramentis tribus aut quatuor vrito,& poſt vſtionem veratrum nigrum tritum inijcito,& poſtquam computruerit,ac exciderit caro,linamenta melle illita cũ æris flore indito.

204 Eodem libro pagina ſequenti, de alio polypo. Quum ſic habuerit, fiſſo per ſcalpellũ naſo expurgato;deinde inurito.

Infra in alio polipo,omnes autem hos vrere oportet.

210 Eodem libro de arteria vulnerata in pulmone agens. Pectus ac dorſum inurito.

212 Eodem libro in pulmonis eriſipelate,pectus & dorſum vrit.

Eadem pagina in pulmonis tuberculo. Hunc ſi hoc fiat, ſecato,aut vrito.

213 Eodem libro Vrit in lateris tuberculo.

213 Eodem libro in pectore aut dorſo rupto.

rupto. Hunc ante & retro vrito ex partibus vtroque loco,& ſic ſanus euadit.

226 Libro tertio de morbis circa finem de ſuppuratis ex pleuritide agens. Si vero non ſpuatur, ſed ſui ſignificationem ad latera præbeat, ſecato, aut vrito, docet poſtea ex quo latere vrendum ſit, quomodo pus mittendum, & alia.

245 Libro de affectionibus in principio de capitis dolore agens. Si vero diuturnus & fortis in capite fiat morbus, & purgato capite non decedat, huius caput aut ſcarificare oportet, aut venas in circuitu inurere.

246 Eodem lib. paulo infra Cæterum quoad dentium dolores attinet, ſi corroſus fuerit dens, & mouetur, eximatur, ſi vero non corroſus eſt, neq; mouetur, dolorem autẽ exhibet, per vſtionẽ reſiccatur.

249 Eodem libro in ſplene ſuppurato. Aliquibus autem ſplen ſuppuratur, & vſti, ſani fiunt.

252 Eodem lib. In coxendicum morbo. Si vero in vnum aliquem locum incumbuerit dolor,& conſtiterit, & medicamentis non fuerit exactus, vrito quocunque loco fuerit dolor. Vrito autem lino crudo.

Eadem pagina infra de podagra agés. Si vero in digitis dolor relinquatur, venas paululum ſupra articuli in digito nodum iniurito; Vrito auté cum lino crudo.

259 Libro de inter. affect. de arteriæ pulmonis vlceratæ agens. Hic ſiquidem ab hac curatione ſanatus fuerit, ſatis eſt: ſin minus,ipſum lacte craſſefactum, & in pectore & in dorſo vrito.

260 Eodem lib.de vena & arteria conuulſa ad pulmonem, ex qua fiat ſuppuratio, lacte bubulo craſſefactum,in pectore & dorſo vrito.

Eadem pagina de peripneumonia in ſuppurationem verſa agens.Si vero erumpat pus in pectus,qua parte tibi ſignifica-

tionem

tionem de ſe præbere videbitur, illic maxime ſectione, aut vſtione facta, pus emittite modicum primum.

261 Eodem lib. de peripneumonia in ſuppurationem verſa agens. At ſi non in principio ad fueris morbo, lacte ipſum craſſefactum, in pectore, ac dorſo vrito.

262 Eodem lib. de pectore ac dorſo diſruptis loquens. Huic cum ſic habuerit, ſtatim lacte in potu dato, pectus & dorſum inurito.

Eadem pag. de lateris tuberculo ſuppurato: Hunc cum ſic habuerit, vbicunque tumor ſignificationem de ſe præbuerit, ſecato, aut vrito.

263 Eodem lib. in eadem cura ſubdit, ex his morbis quoſcunque vxeris, ſtatim poſt vſtionem, porrum multum tritum ſuper vſturas imponito, & per diem vnam ſinito.

265 Eod. lib. de medullæ exiccatione loquens. Quum autem craſſiſſimus fuerit,

in lumbos ipſius ab vtraque verticulum parte cruſtas quatuor inurito, & in dorsũ vtrinque quindecim: & in ceruice duas, inter tendines.

267 Eodem lib. de venarum morbo. Si vero ab hac curatione non deſinat, lacte ipſum craſſefacito, & in ſcapulam dextram quatuor cruſtas inurito, & in acetabulũ coxæ dextræ tres; & ſub nates duas; & in medio fremore duas: & ſupra genũ vnam: & ſupra malleolum vnam.

268 Eodem lib. de eodem morbo loquens. Si alicui dolor congregatus fuerit, vrito. Vrere autem oportet carnoſa ferro: oſſea vero & neruoſa fungis.

Eadem pag. de alio morbo à ſiniſtra vena docẽs. Huic per fungos cruſtas octo inurito, capita lienis quam celerrime intercipiens: & vbicunque alius dolor incubuerit, vrito. Infra Verum oportet ſtatim curare velut priorem, & ſi viſum fuerit, vrere velut priorem. Si dolor in

eiſdem

eiſdem articulis conſtiterit,

271 Eodem lib. de aqua intercutem. Vinum vero bibat, & ſiquidem ab his quieſcat, ſatis eſt: ſin minus, poſtquam ſane craſſiſſimus factus fuerit, & hepar maximum, fungis vrito. Inurere autem oportet cruſtas octo.

Infra. Si vero tibi videatur diſceſſiſſe ab hepate, per ferrum vbicunque apparuerit, vrito: & aquam paulatim emittito.

Infra de eodem morbo à ſplene facto. Sin minus, quum maximus fuerit, lien, & maxime intumuerit, fungis vrito, capita eius intercipiens: aut ferramentis cum multa cautione ac obſeruatione ne vltra peruras.

274 Eodem lib. de morbo epatico loquens. Si vero neque ſic deſinat, vrere oportet, quum maximum hepar factum fuerit, & maxime eminuerit. Vrito autem per buxeos fuſos, in oleum feruens tinctos. Apponito autem donec tibi bene ha-

bere, & vſtionem factam eſſe viſum fuerit. Aut per fungos octo cruſtas inurito.

Eadem pag. infra de ſplenis morbo. Si vero ab his non melius habeat, ſplenem fungis vrito, decẽ magnis cruſtis inuſtis.

275 Eodem lib. de alio ſplenis morbo. Si vero morbus ab his non ſedetur, ſplenem ipſius vrito velut priores.

Eadem pag. Et ſi videatur, etiam vrito, quum craſsiſſimus, & maximus ſplen factus fuerit: & ſi oportune vxeris, ac ſucceſſerit, ſanum facies.

Infra de alio ſplenis morbo. Hunc ſi in principio acceperis, decem cruſtas in ſplenem vrito, & ſtatim ſanum facies.

276 Eodem lib. de alio ſplenis morbo. Et ſi ſe tibi exhibuerit, vrito ipſum eo modo, quo etiam alios.

284 Eodem lib. de coxendicum morbo. Et ſiquidem ab his vtilitatem ſentit, bene eſt; ſin minus ipſum vrito multis ac profundis cruſtis inuſtis, in oſſeis quidem

parti-

partibus per fungos, in carnoſis autem per ferramenta.

288 Libro de natura mulie. de vteris aglutinatis. Sæpe vero etiam ſuppurãtur, & linamentis inditis curatæ, ac fluentes moriuntur, ſi non vſſeris, aut ſecueris.

263 Secundo de morb. muliebr. Si vteri contingant coxam, Et ſuppurantur, & linamentis opus habent, & pereunt, niſi quid ſeces, aut vras.

434 Quarto epid. Et vſtoria adhibenti circa æquinoctium, ſanguis multus deorſum prodit. Infra Vulnerato ab Antiphilo vſto, iudicatio facta eſt, die ſeptima.

Infra Pectus Ariſtodemo vſtus eſt.

Infra Philidis filio. Quum abſceſſus factus eſſet ex caſu, & ipſi pectus vſtus eſt.

437 Eodem lib. Qui in ceramino ab equo lapſus eſt, cui non ſtatim cucurbita affixa eſt; vſtus eſt intro, & vigeſima die recruduit malum.

444 Libro 5. Eupolemo in coxæ ſup-

puratione poſtea cruſtæ ipſi inuſtæ ſunt valde multæ, & magnæ, ac inter ſe propinquæ.

446 Eodem lib. Scamandrus in coxæ marcore. Vſtus eſt, & tunc die duodecima poſt vſtionem cæpit conuulſio,& valde obtinuit.

Infra Equiſo percuſſo in fronte ſupra oculum dextrum. Vixit autem vſtus, & per catapotium purgatus.

448 Eodem lib. Malienſi currus onuſtus inductus eſt, ſupra coſtas, & coſtas confregit: & per tempus ſubſticit ipſi pus infra coſtas: vſtus ſub ſplenem, penicillis ac linamentis vtebatur,& peruenit ad decem menſes.

Eodem lib. Cerenius in omilo ſuppuratus factus, infernum ventrem vſtas eſt.

Infra Hecaſon in omilo ſuppuratus factus, infernum ventrem vſtus eſt, attamen reſiccatus eſt venter.

462 Libro 6. In doloribus V ſtio, ſectio.

Infra

Infra Quibus quidem id, quod ſanum eſt, relinquitur, cauſa deorſum ſubmiſſa eos aut purgato, aut deligato, aut eijcito, aut reſecato, aut exurito, quibus verò non, non.

464 Eodem lib. Hydropicos citius ſecare oportet, tabeſcentes ſtatim vrere.

487 Libro 7. Cui carcinoma in faucibus vſtum eſt, ſanus euaſit à nobis.

539 Libro prænotionum Quicunq; vero ſuppurati vruntur, quibus quidem purum pus fuerit, & album, & non fætidum, hi ſeruantur: quibus autem ſubcruentum, & cænoſum, hi pereunt.

556 Secundo prædictionum. At vero diſſectiones in cubiti gibis pręſertim quæ ſunt cum inflammatione, ad ſupurationem peracuunt, ſectioneſque ac vſtiones.

580 Libro de coacis pręn. Quibus hepar vſtis, velut amurca prodit, lętale eſt.

626 Libro de articulis. In humero frequenter excidente, vrit ferramentis non craſ-

craſſis,neq; valde caluis,ſed oblongis, & bene ignitis: & docet modum inuſtionis.

627 Eodem lib. Quin & hi quibus adhuc infantes ſunt,profundæ ac ſubmerſe ſuppurationes circa brachij caput fiunt, omnes galeangones efficiuntur, & ſiue ſecti fuerint,ſiue vſti.

635 Eodem lib.de aure fracta ſuppurata. Si vero quis aperire cogatur, celerrime quidem ſana fit, ſi in vlteriorem partem perurat. Illud tamen certo ſcire expedit,quod mutila fiet auris, & minor altera,ſi peruſta fuerit.

636 Eodem lib. de aure loquens. Cæterum omnium eorum,quæ recruduerunt peruſtio in vlteriorem partem, ſufficientiſſima medela eſt.

642 Eodem lib. de carne contuſa in pectore. At quibus ex neglectu vetuſtatem contraxerit, ita vt locus ſit doloroſus, & caro ſubmucoſa, his vſtio medela optima eſt. Et ſi quidem ipſa caro fuerit

muco-

mucoſa,vſq; ad os vrere oportet, non tamen vt os percaleſcat. Si vero inter coſtas mucoſitas fuerit, nec ſic quidem in ſuperficie vrere oportet, cauere tamen, ne in vlteriorem partem peruras. Si vero ad os ipſum contuſio eſſe videatur, & ſit adhuc recens, & nondum os corruptionem ſentiat; ſiquidem parua admodum fuerit, ſic vrere oportet, veluti dictũ eſt. Si vero oblonga fuerit iuxta os contuſionis eleuatio, plures cruſta incutere oportet.

659 Libro de vlceribus. Si vndecunq; tandem os diſceſſerit, aut vſtum, aut ſectum, aut alio modo, horum vlcerum cicatrices cauiores fiunt.

668 Libro de hemorrhoidibus Rectum enim inteſtinum & ſecans, & conſuens, & vrens, & putreſcens, etiam ſi hæc grauiſſima videantur, nihil læſeris; ſequuntur etiam aliæ vſtiones.

669 Eodem lib. de hemorrhoidum ſe-

ctione

ctione locutus. Si quidem igitur ita ſedatur, bene habet; ſin minus vrito, cauendo, vt ne contingas ferro, ſed prope admotis ferramentis rexiccato : & florem æris ex vrina apponito. Alius modus curationis hemorrhoidum. Clyſterem facere oportet velut arundinem ſepiariam, phragmitem appellatam, & in ipſum ferramẽtum probe congruum adaptare, deinde indita in ſede chlyſteris fiſtula, ferramentum candens immittere, ac frequẽter exhimere, quo magis calefieri ſubſtineat, & neque vlcus ex calore habeat, & venæ reſiccatæ ſanæ fiant.

Eadem pagina. Libro de viſu de oculo corrupto. Huius caput purgare oportet, & venas vrere.

270 Eodem lib. Quum autem non amplius augeſcit, ipſius oculi palpebras intuitus radendo attenuato, & ſi opus eſſe viſum fuerit, etiam ferramentis non admodum candentibus intrinſecus inurito.

Quum

Quum vero palpebras oculi raſeris, lana mileſia, criſpa, pura circumfuſum obuoluta, radito, ipſam oculi coronam vitãdo, vt ne ad cartilaginem vſque peruras.

Infra Palpebræ ſi craſsiores quam pro natura fuerint, ex inferna parte carne quantum potes quam expeditiſsime reſecta, poſtea palpebram inurito, non candentibus ferramentis, vitando naturam pilorum.

Sexto aph. 27. Quicunque ſuppurati, aut hydropeci ſecantur, aut vruntur, hi pure aut aqua aceruata effluente, omnino moriuntur.

Aphoriſmo 60. Quibuſcunq; à coxendicum morbo diuturno vexatis, coxa excidit, his crus tabeſcit, & claudicant, ſi non vſti fuerint.

Septimo aph. 44. Quicunque ſuppurati vruntur, ſiquidem pus purum, fluat, & album, euadunt. Si vero ſubcruentum, & carnoſum, ac graue olens, pereunt.

Aph. 45. Quicunque hepar ſuppuratum vruntur, ſiquidem pus purum fluat, & album, ſuperſtites euadunt. In tunica enim pus his ineſt, ſi vero velut amurca fluat, pereunt.

Aph. 85. Quæcunque non ſanant medicamenta, ea ferrum ſanat, quæ ferrum non ſanat, ea ignis ſanat, quæ ignis non ſanat, ea incurabilia putare oportet.

Sit Deo laus & gloria.

DE

AD MEDICVM QVENDAM.

VERAM & exquiſitam pleuritidem fieri in membrana coſtas ſuccingente, pleura vocata, & muſculis intercoſtalibus, vſq; adeo clarum eſt, vt pene inter communes animi ſententias connumerari poſſit. Veruntamen cum tu legeris apud auctorem de locis in homine, quem Hippocratem putas, eam fieri in pulmone, & id firmiter & oſtinate aſſeris cuius hæc ſunt verba, de capitis fluxionibus agens.

Quum in pulmonem fluxerit, ex capite per guttur, & aortas appellatas appēdentes partes pulmonis, pulmo tanquam natura rarus & ſiccus trahit in ſe humorem, quantum eius capere poteſt, & vbi influxerit, maior fit: & vbi quidem in totum fluxerit, extremitas eius maior reddita,

vtrun-

vtrunque latus contingit,& peripneumoniam pulmonis appellatum morbum facit;quum vero alterum tantum, pleuritis ideſt coſtalis morbus fit.

Adeo hæc opinio, (licet erronea) animo fixa manet tuo, vt pene impoſſibile videatur,ab eo eam remoueri poſſe: cum alias vltro citroq;multa ſcripta ſint à nobis. Poſtremo hæc pauca adducam vna cum erratis abs te inter ſcribendum prolatis, quibus adhuc heres. Neq; hoc mirum,qui nanque à principio ſemitam fallit,quo vlterius progreditur, eo magis à recta, & vera via aberrat,& deuiat.

Et primum pleuritis aut dicitur à pleura ideſt coſta, aut à pleuron quod eſt latus,aut à pleura membrana coſtas ſuccingente,quod magis placet,quoniam græci illam membranam(ſi Mercuriali viro doctiſsimo credimus) pleuram vocant: à quouis iſtorum nomen ſumatur, habeo intentum.

Si

Si à latere,latus illud totum, quod ſub ala eſt, appellatur, oſſa vero coſtæ, inter ipſas ſpatia intercoſtalia nominantur, & alibi Totum, quod ſub ala deorſum verſus protéditur,lätus eſt: oſſa coſtæ & ſpathæ, quarum primæ inter ſe committuntur ad terminum oſsis, quod græci ſternon, latini os pectoris nuncupant: qua cor ſitum eſt. Hæc Rufus in vtroq;primo lib.cap.11.de partium humani corporis appellationibus teſtatur.

Si à coſta,in latere eſt.Si à pleura,quid clarius? ergo pleuritis fit in lätere, non autem in pulmone, & ſub nomine lateris nunquam intelligetur pulmo. eſſet hæc dementia ſumma, ſumere latus pro pulmone.

Si pleuritis,vt dicis, fit ab humoribus bilioſis,& peripneumonia à pituitoſis,ratio autem eſt,quia fluxio craſſa non facile recipitur in pleura, craſſa & dura, ſed bene recipitur in pulmone, quia rarus,

ſpongioſus, & mollis, fluxio vero bilioſa facile recipitur in pulmone, ſed eam non retinet, cum humor ſubtilis facile ab eo diffluat: in pleura vero retinetur, quia dura, & non ſinit ipſum diffluere. His ſtantibus per te veriſsimis, ſequitur neceſſario, pleuritidem non poſſe fieri in pulmone ſed in pleura: quia humor ille tenuis diffluit à pulmone & nõ firmatur in ipſo.

Sequitur etiam ex hoc, in pulmone non poſſe fieri eriſipela, quod eſt falſiſsimum; fit enim eriſipela ab humoribus tenuibus & bilioſis.

Libro de coacis prænot. auctor ponit ſigna, quibus cognoſcitur, quando in peripneumonia, vna tantum pars pulmonis, & quando ambæ partes inflammatione laborant: illis verbis.

Peripneumonicis, quibus lingua tota alba ac aſpera fit, ambæ pulmonis partes inflammatæ ſunt. Quibus vero dimidium, vna, iuxta quam apparet, & quibus

ad

ad vnam clauiculam dolor fit, his ſuperna pulmonis ala vna ægrotat, quibus autem ad ambas clauiculas dolor fit, ambæ ſupernæ pulmonis alæ ægrotant. Quibus iuſta mediam coſtam, media. Quibus ad diſcriminationem, inferna.

Pleuritis ergo non fit in pulmone, quoniam aut vna, aut ambæ partes pulmonis inflammatæ ſint, peripneumonia eſt, & dicitur, vt auctor iſte affirmat:

Primo de morbis Hipp. circa finem loquens de ſputis pleuritidis & peripneumoniæ, hæc habet.

Spuitur autem id à diſtentione venarum, in pleuritide quidé earum, quæ ſunt in latere, in peripneumonia vero earum, quæ ſunt in pulmone, ergo pleuritis eſt in latere non autem in pulmone.

Dicens argumentum, quod à latere ſumitur, non poſſe ſtare, nec vim habere, quia illud nomen non ſignificat partem affectam, ſed partem in qua videtur eſſe

affectio, dolore indice. Hoc eſt ſubtile ſubterfugium, ſed falſum in hoc caſu dicitur dolor lateris, dolor pectoris, dolor coſtalis, quia eſt in latere, in pectore, & apud coſtas vna cum morbo: vt ſupra probatum eſt.

Et quoniam quęſtio iſta, quam tu magnifacis, futilis admodum eſt, & in eius agitatione tempus conterere vanum eſt: quoniam præter Herophilum & eius diſcipulos, e quorum numero fortaſſe fuit auctor de loc. in homi. nemo reperitur optimus, grauis, & doctus medicus, qui non affirmet, pleuritidem fieri in hypezocota ideſt pleura membrana coſtas ſuc cingente. Et ſi ita per te Hipp. non intelligit, facis Hipp. ignorare pleuræ inflammationem, lippis atq; tonſoribus notam: in hanc ſummam foueam cadis. Ideo hæc pauca ſufficiant, non enim credis Gal. neque alijs præter quam auctori de loc. in homi.

Pri-

Primus error. Cum dicitur, pleuritidem ſiccam, poſitã ab auctore de loc. in hom. eſſe eandem cum illa, quam Gal. ponit quinto de loc. affec. 3. in fine capitis, & dicit incoctas pleuritides vocant euidentiſsimæ falſum eſt, quoniam illa, quæ ponitur ab auctore de loc. in homi. fit ſine afluxu humorum præ ſiccitate heret pleuræ membranæ pulmo, & ipſi coheret, & aglutinatur: & fit leuis dolor, vt per ſpeximus nos, & curauimus.

Illa vero, quam Gal. enumerat, fit ab affluxu materiæ, & eſt inflammatio pleuræ membranæ, & vera pleuritis, & quod hoc ſit verum, videamus eorum verba.

Auctor de loc. in homi. hæc habet. Pleuritis ſicca citra fluxum fit, quum pulmo valde exiccatus fuerit præ ſiti neceſſaria: pulmo enim natura ſiccus, exiſtens, vbi amplius quid, quam pro natura ſiccatus fuerit, gracilis fit, & impotens redditus, & ad latus præ impotentia reclina-

etiam contigit Anaxioni, de hac ergo lo-
quitur Gal. Auctor vero de loc. in homi.
de ſicca ſine affluxu materiæ.
2. Non enim nouit Gal.(ais)pleuritidem
pulmonis vitio proficiſci.
Pugnantia narras:conaris probare, &
pro certo tenes,Gal.teſtari, lib.de loc.in
hom. eſſe hippocraticum,ergo per te per
legit librum illum Gal. cognouit itidem
hoc pleuritidis genus,quod tu dicis ipſum
ignoraſſe quantum aberres reſpice.
3 Probas per Herophilum, pleuritidem
fieri in pulmone, certe hoc non eſt mi-
rum,cum ipſe fuerit,huius hęreſis auctor
vt Aurelianus affirmat: & fortaſſe ipſe,
aut aliquis eius ſectator librum de loc. in
homi.prodidit.
4 Quod ipſum videtur experimentis
comprobari poſſe: paſſim enim occurrit,
diſſecantibus pleuriticorum corpora, vt
pulmonem affectum reperiant: non ta-
men pleuram ais.

ctione locutus. Si quidem igitur ita ſedatur, bene habet; ſin minus vrito, cauendo, vt ne contingas ferro, ſed prope admotis ferramentis rexiccato : & florem æris ex vrina apponito. Alius modus curationis hemorrhoidum. Clyſterem facere oportet velut arundinem ſepiariam, phragmitem appellatam, & in ipſum ferramētum probe congruum adaptare, deinde indita in ſede chlyſteris fiſtula, ferramentum candens immittere, ac frequēter exhimere, quo magis calefieri ſubſtineat, & neque vlcus ex calore habeat, & venæ reſiccatæ ſanæ fiant.

Eadem pagina. Libro de viſu de oculo corrupto. Huius caput purgare oportet, & venas vrere.

270 Eodem lib. Quum autem non amplius augeſcit, ipſius oculi palpebras intuitus radendo attenuato, & ſi opus eſſe viſum fuerit, etiam ferramentis non admodum candentibus intrinſecus inurito.

Quum

Quum vero palpebras oculi raſeris, lana mileſia, criſpa, pura circumfuſum obuoluta, radito, ipſam oculi coronam vitãdo, vt ne ad cartilaginem vſque peruras.

Infra Palpebræ ſi craſsiores quam pro natura fuerint, ex inferna parte carne quantum potes quam expeditiſsime reſecta, poſtea palpebram inurito, non candentibus ferramentis, vitando naturam pilorum.

Sexto aph. 27. Quicunque ſuppurati, aut hydropeci ſecantur, aut vruntur, hi pure aut aqua aceruata effluente, omnino moriuntur.

Aphoriſmo 60. Quibuſcunq; à coxendicum morbo diuturno vexatis, coxa excidit, his crus tabeſcit, & claudicant, ſi non vſti fuerint.

Septimo aph. 44. Quicunque ſuppurati vruntur, ſiquidem pus purum, fluat, & album, euadunt. Si vero ſubcruentum, & carnoſum, ac graue olens, pereunt.

Aph. 45. Quicunque hepar ſuppuratum vruntur, ſiquidem pus purum fluat, & album, ſuperſtites euadunt. In tunica enim pus his ineſt; ſi vero velut amurca fluat, pereunt.

Aph. 85. Quæcunque non ſanant medicamenta, ea ferrum ſanat, quæ ferrum non ſanat, ea ignis ſanat, quæ ignis non ſanat, ea incurabilia putare oportet.

Sit Deo laus & gloria.

DE

AD MEDICVM QVENDAM.

VERAM & exquiſitam pleuritidem fieri in membrana coſtas ſuccingente, pleura vocata, & muſculis intercoſtalibus, vſq; adeo clarum eſt, vt pene inter communes animi ſententias connumerari poſsit. Veruntamen cum tu legeris apud auctorem de locis in homine, quem Hippocratem putas, eam fieri in pulmone, & id firmiter & oſtinate aſſeris cuius hæc ſunt verba, de capitis fluxionibus agens.

Quum in pulmonem fluxerit, ex capite per guttur, & aortas appellatas appēdentes partes pulmonis, pulmo tanquam natura rarus & ſiccus trahit in ſe humorem, quantum eius capere poteſt, & vbi influxerit, maior fit: & vbi quidem in totum fluxerit, extremitas eius maior reddita,

vtrunque latus contingit,& peripneumoniam pulmonis appellatum morbum facit;quum vero alterum tantum, pleuritis ideſt coſtalis morbus fit .

Adeo hæc opinio, (licet erronea) animo fixa manet tuo , vt pene impoſſibile videatur,ab eo eam remoueri poſſe: cum alias vltro citroq;multa ſcripta ſint à nobis . Poſtremo hæc pauca adducam vna cum erratis abs te inter ſcribendum prolatis, quibus adhuc heres. Neq; hoc mirum,qui nanque à principio ſemitam fallit,quo vlterius progreditur , eo magis à recta, & vera via aberrat,& deuiat .

Et primum pleuritis aut dicitur à pleura ideſt coſta ; aut à pleuron quod eſt latus,aut à pleura membrana coſtas ſuccingente,quod magis placet,quoniam græci illam membranam(ſi Mercuriali viro doctiſsimo credimus) pleuram vocant : à quouis iſtorum nomen ſumatur , habeo intentum .

Si

Si à latere, latus illud totum, quod ſub ala eſt, appellatur, oſſa vero coſtæ, inter ipſas ſpatia intercoſtalia nominantur, & alibi Totum, quod ſub ala deorſum verſus protéditur, latus eſt: oſſa coſtæ & ſpathæ, quarum primæ inter ſe committuntur ad terminum oſsis, quod græci ſternon, latini os pectoris nuncupant: quà cor ſitum eſt. Hæc Rufus in vtroq; primo lib. cap. 11. de partium humani corporis appellationibus teſtatur.

Si à coſta, in latere eſt. Si à pleura, quid clarius? ergo pleuritis fit in làtere, non autem in pulmone, & ſub nomine lateris nunquam intelligetur pulmo. eſſet hæc dementia ſumma, ſumere latus pro pulmone.

Si pleuritis, vt dicis, fit ab humoribus bilioſis, & peripneumonia à pituitoſis, ratio autem eſt, quia fluxio craſſa non facile recipitur in pleura, craſſa & dura, ſed bene recipitur in pulmone, quia rarus,

ſpongioſus, & mollis, fluxio vero bilioſa facile recipitur in pulmone, ſed eam non retinet, cum humor ſubtilis facile ab eo diffluat: in pleura vero retinetur, quia dura, & non ſinit ipſum diffluere. His ſtantibus per te veriſsimis, ſequitur neceſſario, pleuritidem non poſſe fieri in pulmone ſed in pleura: quia humor ille tenuis diffluit à pulmone & nõ firmatur in ipſo.

Sequitur etiam ex hoc, in pulmone non poſſe fieri eriſipela, quod eſt falſiſsimum; fit enim eriſipela ab humoribus tenuibus & bilioſis.

Libro de coacis prænot. auctor ponit ſigna, quibus cognoſcitur, quando in peripneumonia, vna tantum pars pulmonis, & quando ambæ partes inflammatione laborant: illis verbis.

Peripneumonicis, quibus lingua tota alba ac aſpera fit, ambæ pulmonis partes inflammatæ ſunt. Quibus vero dimidium, vna, iuxta quam apparet, & quibus

ad

ad vnam clauiculam dolor fit, his ſuperna pulmonis ala vna ægrotat, quibus autem ad ambas clauiculas dolor fit, ambæ ſupernæ pulmonis alæ ægrotant. Quibus iuxta mediam coſtam, media. Quibus ad diſcriminationem, inferna.

Pleuritis ergo non fit in pulmone, quoniam aut vna, aut ambæ partes pulmonis inflammatæ ſint, peripneumonia eſt, & dicitur, vt auctor iſte affirmat.

Primo de morbis Hipp. circa finem loquens de ſputis pleuritidis & peripneumoniæ, hæc habet.

Spuitur autem id à diſtentione venarum, in pleuritide quidē earum, quæ ſunt in latere, in peripneumonia vero earum, quæ ſunt in pulmone, ergo pleuritis eſt in latere non autem in pulmone.

Dicens argumentum, quod à latere ſumitur, non poſſe ſtare, nec vim habere, quia illud nomen non ſignificat partem affectam, ſed partem in qua videtur eſſe

affectio, dolore indice. Hoc eſt ſubtile ſubterfugium, ſed falſum in hoc caſu dicitur dolor lateris, dolor pectoris, dolor coſtalis, quia eſt in latere, in pectore, & apud coſtas vna cum morbo: vt ſupra probatum eſt.

Et quoniam quęſtio iſta, quam tu magnifacis, futilis admodum eſt, & in eius agitatione tempus conterere vanum eſt: quoniam præter Herophilum & eius diſcipulos, e quorum numero fortaſſe fuit auctor de loc. in homi. nemo reperitur optimus, grauis, & doctus medicus, qui non affirmet, pleuritidem fieri in hypezocota ideſt pleura membrana coſtas ſuc cingente. Et ſi ita per te Hipp. non intelligit, facis Hipp. ignorare pleuræ inflammationem, lippis atq; tonſoribus notam: in hanc ſummam foueam cadis. Ideo hæc pauca ſufficiant, non enim credis Gal. neque alijs præter quam auctori de loc. in homi.

Pri-

Primus error. Cum dicitur, pleuritidem ſiccam, poſitã ab auctore de loc. in homi. eſſe eandem cum illa, quam Gal. ponit quinto de loc. affec. 3. in fine capitis, & dicit incoctas pleuritides vocant euidentiſsimæ falſum eſt, quoniam illa, quæ ponitur ab auctore de loc. in homi. fit ſine afluxu humorum præ ſiccitate heret pleuræ membranæ pulmo, & ipſi coheret, & aglutinatur: & fit leuis dolor, vt per ſpeximus nos, & curauimus.

Illa vero, quam Gal. enumerat, fit ab affluxu materiæ, & eſt inflammatio pleuræ membranæ, & vera pleuritis, & quod hoc ſit verum, videamus eorum verba.

Auctor de loc. in homi. hæc habet. Pleuritis ſicca citra fluxum fit, quum pulmo valde exiccatus fuerit præ ſiti neceſſaria: pulmo enim natura ſiccus, exiſtens, vbi amplius quid, quam pro natura ſiccatus fuerit, gracilis fit, & impotens redditus, & ad latus præ impotentia reclinatus,

etiam contigit Anaxioni, de hac ergo loquitur Gal. Auctor vero de loc. in homi. de ſicca ſine affluxu materiæ.

2. Non enim nouit Gal. (ais) pleuritidem pulmonis vitio proficiſci.

Pugnantia narras: conaris probare, & pro certo tenes, Gal. teſtari, lib. de loc. in hom. eſſe hippocraticum, ergo per te perlegit librum illum Gal. cognouit itidem hoc pleuritidis genus, quod tu dicis ipſum ignoraſſe quantum aberres reſpice.

3 Probas per Herophilum, pleuritidem fieri in pulmone, certe hoc non eſt mirum, cum ipſe fuerit, huius hęreſis auctor vt Aurelianus affirmat: & fortaſſe ipſe, aut aliquis eius ſectator librum de loc. in homi. prodidit.

4 Quod ipſum videtur experimentis comprobari poſſe: paſſim enim occurrit, diſſecantibus pleuriticorum corpora, vt pulmonem affectum reperiant: non tamen pleuram ais.

Dic aut Medicos non cognouiſſe morbum, aut pleuritidem tranſiſſe in pulmoniam. Vide quam facillime nos medici decipiamur, vt bene animaduertit Gal. ſecundo de medicamentorum compoſit. per loca cap. 1. Quod enim artis coniecturale eſt, id maxime in affectuum cognitione conſiſtit. Annis elapſis multi aderant ægri in valle mentone, & ab Excellentiſſimo Domino Baldo pro pleuriticis habiti erant, vſque ad vxorem ſuam cordialiſsimam: Ego vocatus à D. D. Prioribus & ab Excellentiſsimo Medico, quam primũ eius vxorem, & alios ægros inſpexi, ipſos peripneumonia laborare dixi, non autem pleuritide. Secuimus tria cadauera, & ita inuenimus pulmonem affectum, non autem pleuram. Aderant idem D. Baldus, D. Hippolitus de Gennazzano Medicus, D. Mattheus Brunus chirurgus, qui ſecuit cadauera, & alij nonnulli. Oportet cognoſcere morbum,

quod

quod difficillimum eſt; vt Hipp. dixerit lib.de arte, Medicus ſiquidem ſuffecerit ad cognoſcendum, ſufficiet, & ad ſanandum. Multa putamus ſcire,& ignoramus, hoc vnum ſcio,quod nihil ſcio.

5 Ars fit ex pluribus experimentis,experimenta ex pluribus memorijs, memoria ex pluribus actibus, ergo non bene dictum eſt, illud, experimentis probari tuum intentum,melius erat,dicere actibus.

6 Imo Gal.ipſe primo acut.32.(ais)nonnullorum pleuram liuidam inueniri confeſſus eſt, vnde ſi ita foret, quod in ipſa reſideret affectio,ſemper illa liuida reperiri deberet.

Attende Gal.verbis, Gal.volens Hip. verba intreprætari,quæ talia ſunt. Tales vero veteres ſidere ictos eſſe putauerunt, ob hoc quidem maxime, non minus autem quod & mortuis ipſis, latus liuidum reperitur: vt ſimile quid plagæ appareat.

Inquit Gal. Veteres talis prehendit

opinio,

opinio, tum propter necis celeritatem, tum quod nonnullorum latus affectum liuore videretur, vbi ſcilicet inflammationis erat radix. Sanguine enim in latus ob dolorem perueniente, quicquid in cute diuiſum, ſolutumque eſt, id morte refrigeratum nigrorem contraxit: ſimiliter illis, qui ita ex plaga affecti ſunt.

Gal. vt vides, de cutis nigrore loquitur nō autem pleuræ. hoc autē (meo iudicio) de magnis inflammationibus pleuræ intelligitur, in quibus non ſolum pleura, & muſculi intercoſtales ſunt inflammati, ſed etiam pectoris muſculi, & cutis inflãmata ſunt & ita à morte cutis refrigerata, liuet.

Ex his, quæ Hip. dicit, clarum eſt, pleuritidē non fieri in pulmone, ſed in pleura, & muſculis vicinis, ex quibus inflãmatio communicatur vſque ad cutim interdum.

6 Quo circa (ais) non minus immaginarium eſt, quod docent interpretes, ſputa nimirum ex pleura reijci in pulmones, &

ex

ex his expui, quoniam valde dubium eſt, & omnino falſum.

Contra hoc nil aliud dicam, cum Gal. 5. de loc. affec. 3. contra Eraſiſtratum perbelle examinet, & modum doceat. Si ipſi non credis, credas Hipp. qui tot in locis empiematicos fieri ex pleuritide ſuppurata, & in pectoris cauo rupta, & ipſos expuere docet. Et primo de morbis loco ſupra citato circa finem clariſſime hoc enũtiat, cum dicit, Spuitur autem id a diſtentione venarum in pleuritide quidem earum, quæ ſunt in latere, in peripneumonia vero earũ, quæ ſunt in pulmone, quid clarius? Præterea experientia patet ab initio mundi. Negare hoc, non minus videtur peccatum, quam ſi negetur, quod totum ſit maius ſua parte.

8 Negas ẽt in pleuritide pulſus duritiem quoad hoc, cũ nõ credas rõni Gal. & alijs remitto te ad experientiã quotidianã, oportet mederi, & obſeruare, deinde loqui.

9 Probas pleuritidem fieri in pulmone per verba Hip.4.acut.72.Hoc nihil probat,quia auctor ille concedit,& affirmat, in eo loco,vtrunq; latus in vtroq; morbo tam peripneumonia quam pleuritide poſſe dolere,provt maior vel minor eſt affectio, & pro vt in vno, vel ambobus lateribus eſt morbus.

Et ita contradictio ſumma eſt cum loco libri de loc. in hom. quoniam ille auctor dicit.quod in pleuritide afficitur vna tantum pars pulmonis,& in peripneumonia ambo latera.

Hinc etiam patet, peripneumoniã & pleuritidem in diuerſis partibus fieri;cogita quomodo,alioqui idem morbus eſſet peripneumonia, & pleuritis, non differrent ab inuicem.

10 Dicis,cognito ergo nomine, ipſiuſq; ethimologia perſpecta; nihil videtur eſſe repugnantiæ,prolatam ab Hip.ſentẽtiam lib.de loc.in hom.de pleuritide amplecti

illam

illam ſcilicet pulmone affecto contrahi. quoniam ſententia hæc ſcripta eſt in lib. à Celſo, Celio aureliano, & à Ruffo epheſ. tanquam hippocratico recepto, & a Gal. lib.6.de vſu parti 16. & lib.8.cap.7. lib. 9.3.de decret.Hipp. & Plat.6.1.de ſympthо.cauſ.6.lib.2.5.li.de inæqual.intemper 3.li.de tremor.&c. 6.& alibi paſſim.

Vt à Celſo exordiar, nunquam hoc in eo reperies, neq; Celſus per te id affirmat imo negat; cum alias dicas, Celſi dictum non eſſe recipiendum, (de tranſitu pleuritidis in peripneumoniã loquendo) quia ipſe putauit, ſedem pleuritidis membranam coſtam ſuccingentem.

Adeo vt per te modo affirmat, & modo negat Celſus. Vide quãtum tibi contradicas, & quãtum facias Celſum incoſtantẽ.

Imo Celſus lib.4.cap.7.cum egiſſet de lateris dolore ideſt pleuritico, inquit. A compagine vero corporis ad viſcera tranſeundum eſt, & in primis ad pulmonẽ vedien-

niendũ,ex quo vehemens & acutus morbus oritur,quem peripneumonicon græci vocant,pleuritis ergo non fit in pulmone per Celſum,quia non fit in viſcere.

11 Dicis in alijs ſcriptis.Ex Corne.Celſ. loca,quæ hoc ipſum oſtẽdant,in medium attuli, ſenſiſſe nimirum Celſum librum de loc. in homi. eſſe hippocraticum.

Neq;apud Celſũ hoc habes:ſignandus erat locus,quoniã nunquã hoc apud Celſũ reperies,ſi mea nõ me fallit memoria.

12 Cælius Aurelianus eſt contra tuam ſententiam,refert ipſe capite de pleuritide Herophili opinionem: poſtea inquit. Item quidam hypezocota membranam, quæ latera & interiora cignit, vt Diocles,eraſiſtratus,Aſclepiades,& eorũ plurimi ſectatores, & tandem in fine capitis dicit, plus tamen pati hypezocota membranam recte dicimus: ſiquidem ſunt in ipſa dolores cõſtituti.Sequitur igitur Aurelianus Gal.ſententiam, & ita oſtendis,

te non legiſſe omnes auctores,quos teſtaris,aut forte dormitabas.

13 Ruffum epheſium, de pleuritide loquentem,nunquam vidi,neq; apud librarios reperire potui: & quouſq; ipſum non videro,non credam,quod ipſi aſcribis,vereor,ne idem ſit,quod de Aureliano diximus,quod in lib.de partium humani corporis appellatio habet, eſt contra te, vt ſupra dictum eſt.

14 Neq; Galenica loca,abs te adducta, probant,quod tu dicis,quod ſcilicet pleuritis fiat in pulmone, quoniam nec verbum vllum de ea Gal. profert in illis locis. Quod ad hoc probandum hæc loca adduxeris,audi verba tua ſupra poſita. Vide quantum aberraſti error igitur non eſt meus, ſed tuus,& ideo ſcrpiſi has eſſe meras nugas,putabam te velle mecũ iocari.

15 Sed ſint iſta loca Gal. abſte teſtata pro libri de loc.in homi. confirmatione, quod ſit Hip. Quomodo per hæc loca id

confir-

confirmare intendis, cum nullam mentio nem faciat Gal. illius libri in illis locis? Si Gal. teſtatur Hipp. & adducit aliqua, quæ in eo lib. auctor ille ſcribit, non propter hoc valet argumentũ, do inſtantiam, quoniam auctores de coacis & de prædictionibus multa dicunt, quæ, ſi libri germani Hip. amiſſi fuiſſent, & Gal. & alij illas ſententias adducerent teſtantes Hip. non nominantes libri nomen, non poſſemus nos affirmare, libros illos eſſe Hipp. argumẽtũ ergo eſt minus quã probabile.

Dico & fortius, quod licet Gal. nominaret librum de loc. in hom. in locis abs te teſtatis, non propter hoc conclúdere poſſes, illum eſſe Hip. quia eſſe poſſet, librum de loc. in hom. ab Hip. conſcriptum incuria hominum aut temporis diuturnitate eſſe deperditum, & aliquis medicus loco illius hunc, qui extat, tradiderit prelo ſub Hipp. nomine: Vt Gal. fatetur, factum eſſe de lib. de glandulis, qui circunfertur,

fertur,quem negat eſſe illum,quem Hip. teſtatur eſſe ſuũ lib.1.de articulis tex.46.

Et ita à pari non valet argumentum hoc Gal. teſtatur librum de locis in homine in lib. linguarum explanatio, ergo liber ille eſt Hip.quoniam non eſt ille liber,quem Gal.teſtatur,& Hipp. compoſuit.Signum autem certiſſimum eſt, quia adſunt in eo multa contra Hipp. & Gal. doctrinam.

Præterea non multi Hipp. libri temporis longitudine, & hominum incuria amiſſi ſunt?Quare iſta loca nihil faciunt, ad probandum, librum de locis in homine eſſe Hip.vt vere non eſt, ſi doctiſſimo viro Mercuriali cap. de pleuritide creditur,cum dicit,De loco in 3.de morbis,& in lib. de locis in homine non debemus eſſe ſolliciti, quia (vt docuimus in noſtra cenſura) Hipp. illi libri non ſunt ita germani, vt debeamus inconcuſſam fidem ipſis adhibere.

16 Sit autem iuuenilis non autem conſiſtentiæ ætatis morbus peripneumonia: quęſtio eſt de nomine, quam vt intelligas docendus es. Diuerſimode Hip. partitum fuiſſe ætates: aliquando enim in duas partitus eſt, creſcentem ſcilicet & ſenilem, vt videre eſt 1. aph. 14. Quandoque vero in quatuor; in ſenilem ſcilicet ætatem, conſiſtentiæ, adoleſcentiæ, & pueritiæ: eodem auct. Hip. 1. aph. 13. quo loco aīaduertere debes, ſub ætatis conſiſtentiæ nomine ætatem compræhendiſſe iuuenilem. Aliquando vero in tres, vt colligitur ex illo loco de aere aquis & loc. ſenilem ſcilicet iuuenilem, & puerilem: quo loco ætatem conſiſtentiæ ſub nomine ætatis iuuenilis comprehendit: cuius oppoſitum fecerat loco prius citato. Aliquando demum in ſeptem partitus eſt: vt colligitur 3. aph. in recens natoſ. 5. eos qui mox dentire incipiunt, adulteriores, grandiores his, & eos, qui poſt hanc ætatem ſunt, & ſenes, hæc

ſunt

ſunt tua verba. Modo iſthęc omnia, tenui & ſubtili cribro excutienda mihi videntur, & primum.

17 Aſſerere peripneumoniam eſſe morbum iuuentutis, falſum eſt ex ſententia Hip. & omnium doctiſſimorum medicorum, eſt contra Hipp. 3, aph. 30. contra Gal. in eo commento, contra Celſum lib. 2. cap. 1. relinquo alios omnes.

Contra Hipp. qui 3. aph. in primis de pueritiæ morbis agit, ſecundo pubertatis, tertio iuuentutis, quarto conſiſtentiæ, & in eius proprijs morbis enumerat peripneumoniam, quinto ſenectutis, vide ergo peripneumoniam cuius ætatis ſit morbus. Et ideo non in ſeptem ſed quinque partitur ætates Hipp.

Gal. eodem aph. 30. idem affirmat.

Celſus lib. 2. cap. 1. hæc habet. Adoleſcentia morbis acutis, item comitialibus, tabiq; maxime obnoxia eſt, fere iuuenes ſunt, qui ſanguinem expuunt, poſt hanc

ætatem laterum & pulmonis dolores.

Iam dictum eſt,& probatum,peripneu moniam eſſe morbum conſiſtentis ætatis per Hip.3.aph.vbi ætates in quinq; partitus eſt,pueritiam in plura diuiſit,& enu merat ſuos morbos aph.24.25.26.27.de iuuenum morbis pertractat aph.29. neq. inter ipſos enumerat pulmonis inflammationem,de conſiſtētium morbis agit aph. 30.inter quos enumerat peripneumoniã, & aph.31.ponit morbos ſenectutis.

Quorſum aliæ ætatum diuiſiones in hoc caſu? Hic clariſſime Hipp. dicit, & Gal. in com. peripneumoniam eſſe morbum ætatis conſiſtentiæ, ergo non iuuenum quoad ætatem,vt tu pertinaciter affirmas,bene verum eſt,quod in omni ætate omnes morbi fieri poſſunt,quidam vero eorum in quibuſdam ætatibus magis fiunt, & excitantur: vt de anni temporibus profert 3.aph.19.Hipp.

18 Inquis, Hipp.ſub ætatis conſiſtentiæ nomi-

nomine comprehendere 1. aph. 13. iuuenum ætatem; quod eſt contra Gal. placitum in com. eiuſdem aph. qui ita ait.

Appellat autem ætatem habentes conſiſtentem eos, qui mediam ætatem habẽt, inter iuuenes ac ſenes. Ergo vanum eſt cogitare, quod eo loco iuuentus ſub ætate conſiſtentiæ comprehendatur ab Hip. finitur enrm iuuentus quinto ſettenario, vt 3. aph. com. 30. ait Gal.

19 Apho. 14. primæ particulæ non diuidit Hipp. ætatem in duas, vt tu credis, ſed comparat illas duas ætates ad inuicem, vt doceat cibi quantitatem exhibendam in omnibus ætatibus, licet eas non nominet breuitatis cauſa, ſecundum acceſſum & receſſum ab iſtis duabus ſenectute ſcilicet & pueritia, & ita tu magiſter falſam doctrinam me doces.

20 Libro de acre aquis & loc. non partitur Hipp. ætates in tres, vt putas, ſed enumerat morbos, iuuenibus, ſenibus, & pue

ris ex aquis illis ſtagnantibus prouenientes, non morbos ætatum: idque ex verbis Hipp. luce meridiana clarius apparet legentibus, aliud eſt, narrare morbos ætatum, aliud locorum, aquarum, anni temporum, & cœli conſtitutionem.

21 Neque eo loco ætatem conſiſtentiæ ſub iuuentute comprehendit Hipp. vt tu arbitraris: hoc autem ex propria voluntate iudicas, non quod ex Hip. verbis colligatur. Imo Hip. ipſe eo in loco ponit ætatem conſiſtentiæ, & eius morbos, ex aquis illis prouenientes: cum inquit. Pueris vero herniæ accedũt, & viris varices, & vlcera in tibia per viros, quid aliud intelligit Hip. niſi qui ſunt in ætate conſiſtẽtiæ? tũc vocãtur viri, & nõ prius meo iudicio.

Præterea poteras teſtari hoc loco ea verba, ſcilicet hyeme vero iuuenibus peripneumoniæ & inſaniæ morbi, at propter hoc non probatur pulmoniam eſſe morborum iuuentutis, quoniam accidit

pul-

pulmonia iuuenibus hyeme potantibus illas aquas: & ideo non eſt ratione ætatis, ſed ratione aquarum illarum.

22 Ad ſummum (inquis) negari non poteſt medicis omnibus conſentientibus, pleuritidẽ ſcilicet aliam eſſe exquiſitam aliam vero nothã: & hãc poſtremã in latere ſedẽ habere, priorẽ vero in pulmone.

Pleuritidem eſſe duplicem exquiſitam & notham, verũ eſt, hoc eſt Hip. & Gal. & omnium modernorum ſed quod vera pleuritis in pulmone fiat, hoc probãdum erat, hoc eſt fere contra omnes hanc duplicem pleuritidẽ admittẽtes. Quis enim reciperet hoc, quod idem morbus nothus & verus in diuerſis partibus fiat, cum ab eadem parte ambo nomen ſumant?

23 Miraris quod dubitẽ librum de morbis eſſe Hipp. Vide Gal. 2. acut. 38. & lib. 3. text. 43. 6. epid. com. 1. text. 29. 3. acut. text. 15. & 3. de artic. 18. quare non ſine cauſa dubitãdũ ab omnibns eſt, cum de

 hoc

hoc Gal.ambigat,imo ſētiat nō eſſe Hip.
24 Quanquam pituita(inquis)etiam ſi a pulmonibus amoueatur, inutilis cenſetur ad excitandam febrem ardentem.

Quamuis Hip.1.de morbis circa principium neget peripneumoniã poſſe tranſire in febrem ardentem;veruntamen habemus ab ipſo 4.acutorum ſecundum genus febris ardentis fieri à pituita ſalſa.Et lib.de aere aquis & loc loco citato.Senibus febrem ardentem à pituita ſalſa contingere,ſcriptum reliquit, vt etiam infra Si autem æſtas pluuioſa. Et his qui pituita abundant, & qui quadrageſimum annum exceſſerunt,febres ardentes fieri veriſimile eſt. Quare ergo quando pulmonia fit à pituita ſalſa, non poteſt tranſire in febrem ardentem?

Quod pulmonia fiat à pituita ſalſa, teſtatur Hipp.lib.de internis affecti,parum poſt principiũ,& de eriſipelate pulmonis quid dicendum?

Ariſto-

Ariſtoteles quoque id teſtatur 1. problem. problemate 20. eandem temporum conſtitutionem ſcribens, vult à pituita ſalſa fieri febrem ardentem relinquo alios.

25 Falſum eſt etiam dicere, quod pleuritis non poteſt tranſire in pulmoniam, & pulmonia in pleuritidem, vt tu dicis.

Quod ex pleuritide fiat tranſitus in peripneumoniam, clarum eſt ex multis Hip. locis 7. aph. 11. A morbo laterari inflammatio pulmonis malũ 1. de morbis apud finem. Et ob hoc ipſum etiam ex febre ardente, & ex pleuritide ad peripneumoniam maxime morbi tranſmutantur.

Libro de affect. circa principium. Aliquando etiam ex pleuritide in peripneumoniam & febrem ardentem trãſitus fit.

In Coacis prænot. Peripneumoniæ ex pleuritide tranſmutatæ, ſecuriores ſunt, his, quæ ab initio fiunt.

Ex Gal. 6. epid. com. 6. tex. 8. Cõtra nõ vtiliter, phrenitis in veternũ, phlegmone late-

lateris in pulmoniam ſe conuertunt.

Ex Celſo lib.2.cap.7.poſt lateris dolo res,vitia pulmonum. Et bene vertit aph. vndecimum ſeptimæ particulæ.

Ex Aretio grauiſſimo viro 1. de curatione morborum acutorũ cap.10.de pleuritide agens ait. Sanguinem vero ne vſq; ad animæ deliquium fundito,nam ſi refrigeratum corpus animo deſtituatur, pulmoniam inuadere periculum eſt.Et infra. Verum morbi pulmonis pleuritidi ſuccedentes,ne vſque quaque ſalubres ſunt.

Ex Archigene referente Aetio. Sanguinis autem multitudo extrahatur, non vſq;ad animi deliquium:periculum enim ne in peripneumoniam morbus permutetur:ſiquidem refrigerato valde ſanguine,pulmo rarus & calidus exiſtens, laterique vicinus, prompte, & facile morbum ſuſceptat.

Adde quæ Cœlius Aurelianus narrat, cũ de pleuritide pertractat lib. de acutis

cap.

cap.15.docet nanq;quomodo cognoſca tur,quãdo pleuritis tranſit in peripneumo niã,quæ verba breuitatis cauſa relinquo.

Quod ex peripneumonia poſſit fieri tranſitus in pleuritidem, ſecundum Gal. doctrinam certum eſt 7.aph.11.dicit Ad inflammationem quidem pulmonis morbus lateralis non admodum conſequi ſolet.Concedit ergo tranſitum talem.

Sexto epid. com.6.text. 8. Id vero ſubaudire opus eſt,quemadmodum quartana comitialẽ ſanat.Et lateris phlegmone pulmoniam, veternum phrenitis.

Eandem habet ſentẽtiam Areteus loco ſupra allegato. Verum morbi pulmonis pleuritidi ſuccedentes(ait)non vſque quaq;ſalubres ſunt,pleuritidi vero à pulmonis vomica exoriens,benignior eſt.

CæliusAurelianus 2.de acut.27.de peripneumoniæ ſignis agens, inquit. Quidam deniq; in pleuriticam paſſionem rediens, releuati vixerunt, accedente dolore,

lore, & plurima ſpirandi difficultate.

Apud Hip. non ita explicite habetur: ſed ſatis eſt, quod 6.epid.com.6.text.8. dicit in genere. Ex quibus qui morbi, quod Gal. dilatat dictum vt poſuimus, & latius dilatari poteſt, non enim omnia in particulari poteſt ponere Hipp.

26 Ex his tranſitibus patet peripneumoniam ex eiſdem humoribus fieri poſſe, ex quibus pleuritis fit, quod abs te negatum eſt. Et liber de loc. in homi. cui maxime credis, ab eadem fluxione cum pleuritidē tum peripneumoniā fieri teſtatur. Qui vero bile abundant, coſtarum inflammationes, & pulmonis, pleuritidas ac peripneumonias dictas fiunt (inquit) lib. de aere aquis &c.

27 De pulmonis dolore iam dictum eſt à Gal. 4.de loc.aff.5, & 8. Verum vt mihi videtur, ipſi non credis, quare adduco tibi Hipp.1. de morbis circa medium, qui ita dicit. Eriſipelas autem. Poſtquam autem

tem

tem traxit, febris ex ipſo fit acuta, & tuſsis ſicca, & repletio in pectoribus, & dolor acutus in anterioribus, ac poſterioribus partibus, maxime circa ſpinam, nimirum magnis venis percalfactis.

28 Si hæc tibi non ſatisfaciunt, hæc recipe, ex eodem primo de morbis apud finem. Peripneumonia fit, quum commota ac calefacta pituita ac bile pulmo præ caliditate traxerit in ſe ipſum de vicinis locis ad ea, quæ iam ſunt in ipſo: & percalfacit quidem totum corpus, ac dolorem exhibet, maxime autem dorſo, & coſtis, & humeris, ac ſpinæ: nimirum ab his in ſeipſum trahens plurimam humiditatem, & ſuperexiccantur hæ partes, & nimium caleſcunt.

Hæc commentare, & animo bene reuolue, & videbis, an pulmo per ſe, an ratione membranarum, & aliarum partium circumſtantium doleat maxime, & cruciet

ciet dolore peripneumonia & eriſipela pulmonis ægrotantem.

Vale, & ſi his medicamentis & antidotis ſumptis, non profligatur peſtis, omnino deſperata ſalus eſt.

Sit Deo Laus & gloria.

Si qua ſubeſt.

Errata.

Pagina 4. nominis tuis. Lege tui

6 hac faciunt. hæc valde arunt. vrunt

13 prinpio. principio

14 intelligitur. intelliguntur

& 14. & decimo quartæ

33 aloenum. aloem

36 plenioſe. pleniore

39 medicamenta. medicamentorum

44 vnicus. vnius

47 adſcimatur. adimatur

63 Gal.4. de ſanit ſcilicet. 4.de ſanit tuen.5.

68 ſi materia non turgent. turgeret

69 n. in

72 Hac. Hæc

73 criſcidis. viſcidis

76 purgabamus. purgamus

78 non eſt. ſi non eſt.

82 Hipp.Gal. Hipp.& Gal.

93 de anginė. angina

103 quim. quin

107 ſplene magni. magno

109 hnmores. humeros

121 peracuunt, perueniunt

137 Vetere. Veteres

143 appellatio. appellationibus

ſcripiſi. ſcripſi

ris ex aquis illis ſtagnantibus prouenientes, non morbos ætatum: idque ex verbis Hipp. luce meridiana clarius apparet legentibus, aliud eſt, narrare morbos ætatum, aliud locorum, aquarum, anni temporum, & cœli conſtitutionem.

21 Neque eo loco ætatem conſiſtentiæ ſub iuuentute comprehendit Hipp. vt tu arbitraris: hoc autem ex propria voluntate iudicas, non quod ex Hip. verbis colligatur. Imo Hip. ipſe eo in loco ponit ætatem conſiſtentiæ, & eius morbos, ex aquis illis prouenientes: cum inquit. Pueris vero herniæ accedũt, & viris varices, & vlcera in tibia per viros, quid aliud intelligit Hip. niſi qui ſunt in ætate conſiſtẽtiæ? tũc vocãtur viri, & nõ prius meo iudicio.

Præterea poteras teſtari hoc loco ea verba, ſcilicet hyeme vero iuuenibus peripneumoniæ & inſaniæ morbi, at propter hoc non probatur pulmoniam eſſe morborum iuuentutis; quoniam accidit

pulmonia iuuenibus hyeme potantibus illas aquas: & ideo non eſt ratione ætatis,ſed ratione aquarum illarum.

22 Ad ſummum(inquis)negari non poteſt medicis omnibus conſentientibus, pleuritidē ſcilicet aliam eſſe exquiſitam aliam vero nothā: & hāc poſtremā in latere ſedē habere,priorē vero in pulmone.

Pleuritidem eſſe duplicem exquiſitam & notham,verū eſt, hoc eſt Hip. & Gal. & omnium modernorum ſed quod vera pleuritis in pulmone fiat, hoc probādum erat, hoc eſt fere contra omnes hanc duplicem pleuritidē admittētes. Quis enim reciperet hoc,quod idem morbus nothus & verus in diuerſis partibus fiat, cum ab eadem parte ambo nomen ſumant?

23 Miraris quod dubitē librum de morbis eſſe Hipp. Vide Gal.2.acut.38.& lib.3.text.43.6.epid. com.1.text.29.3.acut. text.15.& 3.de artic. 18. quare non ſine cauſa dubitādū ab omnibns eſt, cum de

hoc Gal.ambigat,imo sẽtiat nõ eſſe Hip.
24 Quanquam pituita(inquis)etiam ſi a pulmonibus amoueatur, inutilis cenſetur ad excitandam febrem ardentem.

Quamuis Hip.1.de morbis circa principium neget peripneumoniã poſſe tranſire in febrem ardentem;veruntamen habemus ab ipſo 4.acutorum ſecundum genus febris ardentis fieri à pituita ſalſa.Et lib.de aere aquis & loc loco citato.Senibus febrem ardentem à pituita ſalſa contingere,ſcriptum reliquit, vt etiam infra Si autem æſtas pluuioſa. Et his qui pituita abundant, & qui quadrageſimum annum exceſſerunt,febres ardentes fieri veriſimile eſt. Quare ergo quando pulmonia fit à pituita ſalſa, non poteſt tranſire in febrem ardentem?

Quod pulmonia fiat à pituita ſalſa, teſtatur Hipp.lib.de internis affecti,parum poſt principiũ,& de eriſipelate pulmonis quid dicendum?

Ariſto-

Ariſtoteles quoque id teſtatur 1. problem. problemate 20. eandem temporum conſtitutionem ſcribens, vult à pituita ſalſa fieri febrem ardentem relinquo alios.

25 Falſum eſt etiam dicere, quod pleuritis non poteſt tranſire in pulmoniam, & pulmonia in pleuritidem, vt tu dicis.

Quod ex pleuritide fiat tranſitus in peripneumoniam, clarum eſt ex multis Hip. locis 7. aph. 11. A morbo laterari inflammatio pulmonis malũ 1. de morbis apud finem. Et ob hoc ipſum etiam ex febre ardente, & ex pleuritide ad peripneumoniam maxime morbi tranſmutantur.

Libro de affect. circa principium. Aliquando etiam ex pleuritide in peripneumoniam & febrem ardentem trãſitus fit.

In Coacis prænot. Peripneumoniæ ex pleuritide tranſmutatæ, ſecuriores ſunt, his, quæ ab initio fiunt.

Ex Gal. 6. epid. com. 6. tex. 8. Cõtra nõ vtiliter, phrenitis in veternũ, phlegmone

lateris in pulmoniam ſe conuertunt.

Ex Celſo lib.2.cap.7.poſt lateris dolo res,vitia pulmonum. Et bene vertit aph. vndecimum ſeptimæ particulæ.

Ex Aretio grauiſſimo viro 1. de curatione morborum acutorũ cap.10.de pleuritide agens ait. Sanguinem vero ne vſq; ad animæ deliquium fundito,nam ſi refrigeratum corpus animo deſtituatur, pulmoniam inuadere periculum eſt.Et infra. Verum morbi pulmonis pleuritidi ſuccedentes,ne vſque quaque ſalubres ſunt.

Ex Archigene referente Aetio. Sanguinis autem multitudo extrahatur, non vſq;ad animi deliquium:periculum enim ne in peripneumoniam morbus permutetur:ſiquidem refrigerato valde ſanguine,pulmo rarus & calidus exiſtens, laterique vicinus, prompte, & facile morbum ſuſceptat.

Addē quæ Cœlius Aurelianus narrat, cũ de pleuritide pertractat lib. de acutis

cap.

cap.15.docet nanq;quomodo cognoſcatur,quādo pleuritis tranſit in peripneumoniā,quæ verba breuitatis cauſa relinquo.

Quod ex peripneumonia poſſit fieri tranſitus in pleuritidem, ſecundum Gal. doctrinam certum eſt 7.aph.11.dicit Ad inflammationem quidem pulmonis morbus lateralis non admodum conſequi ſolet.Concedit ergo tranſitum talem.

Sexto epid. com.6.text. 8.Id vero ſubaudire opus eſt,quemadmodum quartana comitialē ſanat.Et lateris phlegmone pulmoniam, veternum phrenitis.

Eandem habet ſentētiam Areteus loco ſupra allegato. Verum morbi pulmonis pleuritidi ſuccedentes(ait)non vſquequaq;ſalubres ſunt,pleuritidi vero à pulmonis vomica exoriens,benignior eſt.

CæliusAurelianus 2.de acut.27-de peripneumoniæ ſignis agens, inquit. Quidam deniq; in pleuriticam paſſionem rediens, releuati vixerunt, accedente dolore,

lore, & plurima ſpirandi difficultate.

Apud Hip. non ita explicite habetur: ſed ſatis eſt, quod 6.epid.com.6.text.8. dicit in genere. Ex quibus qui morbi, quod Gal. dilatat dictum vt poſuimus, & latius dilatari poteſt, non enim omnia in particulari poteſt ponere Hipp.

26 Ex his tranſitibus patet peripneumoniam ex eiſdem humoribus fieri poſſe, ex quibus pleuritis fit, quod abs te negatum eſt. Et liber de loc. in homi. cui maxime credis, ab eadem fluxione cum pleuritidē tum peripneumoniā fieri teſtatur. Qui vero bile abundant, coſtarum inflammationes, & pulmonis, pleuritidas ac peripneumonias dictas fiunt (inquit) lib. de aere aquis &c.

27 De pulmonis dolore iam dictum eſt à Gal. 4.de loc.aff.5, & 8. Verum vt mihi videtur, ipſi non credis, quare adduco tibi Hipp.1. de morbis circa medium, qui ita dicit. Eriſipelas autem. Poſtquam autem

tem

tem traxit, febris ex ipſo fit acuta, & tuſsis ſicca, & repletio in pectoribus, & dolor acutus in anterioribus, ac poſterioribus partibus, maxime circa ſpinam, nimirum magnis venis percalfactis.

28 Si hæc tibi non ſatisfaciunt, hæc recipe, ex eodem primò de morbis apud finem. Peripneumonia fit, quum commota ac calefacta pituita ac bile pulmo præ caliditate traxerit in ſe ipſum de vicinis locis ad ea, quæ iam ſunt in ipſo: & percalfacit quidem totum corpus, ac dolorem exhibet, maxime autem dorſo, & coſtis, & humeris, ac ſpinæ: nimirum ab his in ſeipſum trahens plurimam humiditatem, & ſuperexiccantur hæ partes, & nimium caleſcunt.

Hæc commentare, & animo bene reuolue, & videbis, an pulmo per ſe, an ratione membranarum, & aliarum partium circumſtantium doleat maxime, & cruciet

Errata.

Pagina 4. nominis tuis. Lege tui
6 hac faciunt. hæc valde arunt. vrunt
13 prinpio. principio
14 intelligitur. intelliguntur
& 14. & decimo quartæ
33 aloenum. aloem
36 pleniofe. pleniore
39 medicamenta. medicamentorum
44 vnicus. vnius
47 adſcimatur. adimatur
63 Gal.4. de ſanit ſcilicet. 4.de ſanit tuen.ſ.
68 ſi materia non turgent. turgeret
69 n. in
72 Hac. Hæc
73 criſcidis. viſcidis
76 purgabamus. purgamus
78 non eſt. ſi non eſt.
82 Hipp.Gal. Hipp.& Gal.
93 de anginė. angina
103 quim. quin
107 ſplene magni. magno
109 hnmores. humeros
121 peracuunt, perueniunt
137 Vetere. Veteres
143 appellatio. appellationibus
ſcripiſi. ſcripſi

Regeſtum.

A B C D E F G H I K.

Omnes ſunt quaterniones.



R O M AE.

Apud Gulielmum Facciottum. MDCIX.

Superiorum Permiſſu.